rabilia. multiplicitate. sed quid miremur que extra nos sunt: cum et hoc qd erga nos agit ignoram⁹. vñ ait: a Si venerit ad me. Venit: cū dona dat. abit: cū tēptatiōib⁹ carnis hō lacessit: sed accessus et recessus ignorat: dū finis rerū ꝓuideri neq̄t: q̄ aliq̄n et virtutib⁹ elat⁹ corruit: et qd putabat gr̄a fuit ira: et infirmatus humilis surgit: et est gr̄a qd videt ira: et tñ sic cec⁹ hō rōnē reddet de actibus deo. vñ subdit: b Si repē te interro. Repente interrogat: cū inopinatos ad iudiciū vocat: s̄ nemo rn̄dere sufficit: q̄ et vita iustoꝝ succūbit: si pietas desit. Aliter interrogat: dum duris pulsat: vt q̄d sit hō cognoscat: sed rn̄dere nō sufficit: q̄ cū sit puluis: ꝯtra diuīa iudicia nihil dicit. qd plani⁹ ondit dū subditur: c Quis dicere pōt cur ita facis? Facta dei debem⁹ venerari: q̄ iniusta esse nō pn̄t. Nec discutere: q̄ rōnē consilij ei⁹ q̄rere est ꝯtra illud supbire. Qui aūt se infirmū respicit cū nō videat ꝯsiliū dei. rationē habet: et humilr̄ iram placat: quā supb⁹ inextinguibilit̄ accēdit. vñ ait: d De⁹ cui⁹ ire re. ne. po. Moyses et phinees et alij scti sepe restiterūt ire dei: sed eos ipī de⁹ vt sibi resisterēt sic erexit: vt ꝓ his que iuste paterent pietas eoꝝ q̄ tāta est apud deū obtineret: sed in his que apud deū diffinita sunt: nemo resistit: cū ipē vt p̄cent non aspirat: vt etiā ipē moyses terrā ꝓmissiōis nō intrauit. Ire dei nemo resistit. vt patet i iudeis q̄s deserit et gētes assumit: et curuat sibi eos q̄ orbē portāt. i. curas seculi tolerāt. p̄ncipes terre grece basileos dictos. laos est ppl̄s. basileus. i. basis ppl̄i quē sustinet. Qui et portant orbē: ptātes sunt gentiū vel angelice virtutes: q̄rū ministerio mūdus regit. Quis et illi obuiat cui⁹ potētie et angeli inclinantur. Vel curuus supra se nō videt (sic et angeli curui: q̄ sublimitatē dei nō cōprehēdūt) ab his reuersus ad se hūiliter p̄ potestate dei sibi vilescit dicens: e Quis vel q̄ntus ego sum. i. si angel⁹ hūc ꝯsiderare nō sufficit q̄ mente de ei⁹ iudicijs disputo q̄ carne premor? Verba nr̄a ad deū sunt opera: sed his q̄ nō pōt hō loqui cū deo: q̄ in eis apud subtile iudiciū dei nulla fiducia est. vñ addidit: f Qui si habuero etc. depcabor. p̄ce post iusticiā dei indiget: vt q̄ min⁹ ex se ex pietate iudic̄ valeat. Et si plena est pfectioribus sit iusticia. g Quippiā. Dicit. q̄ mens hōis q̄ cōp̄hēdit vix pagit: et pax est qd cōprehēdit. Orō vero q̄ mult̄ cogitatiōib⁹ quatit: et si audit repelli timet. vñ subdit: h Cū inuocantē exau. me. Cū eni vt ait dauid mō ascēdunt vsq̄ ad celos: cū sūma penetrāt: modo descendunt in abyssos: p turpia tēptamēta: certitudinem exauditiōis non habēt. Vide q̄ subtiliter se iudicat: infirmitatē suā aperit.

Quant⁹ ego sū. In iusticia nō ꝯfidit: s ad p̄cē cōfugit: q̄ etiā si habuero q̄ppiā iustū. de ipā q̄z p̄ce pauid⁹ ait: Cū inuocātē. Iō sic circūspicit: q̄ vim iudicij se non posse ferre videt. de q̄ ait: i In tur. ei cō. Qui in trāq̄llitate expectat⁹ ꝯtēpsit: in turbine ꝯteret. Turbine. q̄ in cōmotione elemētoꝝ ibi districte req̄ri opa timet: cū et quosdā sine opib⁹ originali reatu dānari videt: q̄ꝝ voce ait: k Multiplicabit vul. m. e. si. q̄ ipī nihil egerūt. Vn̄ dr̄: nō ē mūd⁹ in ꝯspectu ei⁹ nec īfans vni⁹ diei. l Sine cā. Pro estimatione hūani sensus: sed apud deū iustū est vt arbor ī ramis amaritudinē fuet quā traxit a radice. Hec etiā spūalr̄ d iob q̄ flagella dei ī turbīe et metuēs p̄uidit: et p̄uidēs ptulit. vñ ait: Et mltiplicabit vulnera mea sine cā: q̄ nō ꝓ culpa pcussus est: vñ supra vt affligerē eū frustra. Hoꝝ vulnerū ꝯtinuationē subdit: m Nō cō. Plena ꝓbatio extra lacerant tormenta: intus castigant temptamenta. vñ se impletum amaritudinibus dicit: sed mitigat vim doloris eq̄tas et potentia ferient̄. Et h̄ est. n Si for. q. Quasi nēo audet: q̄ ille merita examīat: q̄ p alienū testīoniū ea nō explorat: sed tacitus ꝯsiderator diu expectat. Ali⁹ nō potest mihi esse testis: quia nec ego ipē mihi. Et hoc est:

De pe. di. 3 c. Quis. Et ca. di. et psona.

Si iustifica

a rus. Si venerit ad me nō videbo eum: et si abierit non intelligam.
b Si repente interroget: q̄s rn̄debit
c ei? vl' q̄s dicere ei pt cur ita facis?

a s non debemus eum superba presumptione ad iram prouocare: q̄ ipse deus talis et tantus est q̄ eius ire resistere nemo potest.

d Deus cui⁹ ire resistere nemo potest: et sub quo curuant q̄ portāt
e orbem. Quant⁹ ergo sū ego? vt respondeā ei: et loq̄r verbis meis
f g cū eo? qui etiā si habuero q̄ppiā iustū: nō respōdebo: sed meū iudi
h cem depcabor. Et cū inuocantē exaudierit me: non credo q̄ audi
i erit vocē meā. In turbine eni cō
k teret me: et multiplicabit vulnera
l m mea etiam sine causa. Nō concedit req̄escere spm̄ meū: et iplet me
n amaritudibus. Si fortitudo q̄rit

ra: vt habet Sap. xi. a Si venerit ad me. Hic ꝯn̄r ostendit magnitudinē sapie et potētie dei in hūanis: et p̄mo in exhibitione beneficioꝝ sue gr̄e. dicēs: Si venerit ad me p suā gr̄am. b Nō videbo eū. hūc aduentū pcipiēdo. c Si abierit. retrahēdo suam gr̄am. d Nō intelligā. hmōi subtractionem: q̄ nescit homo vtrū amore vl' odio dign⁹ sit Eccs ix. Scd̄o in examiatiōe subtili factoꝝ nostroꝝ dicēs: e Si repēte interroget. me reducēdo ad ꝯsiderationē ꝯscientie ꝓprie. qd facit aliq̄n p flagella: aliq̄n per beneficia. f Quis rn̄debit ei. s. sufficienter. q. d. nullus. in h eni rn̄det sufficienter hō deo q̄n secure pt dicere se esse purū a peccato: qd nullus pōt dicere. Fm illud Prouer. xx. Quis pōt dicere: Mūdū est cor meū: pur⁹ sū a pctō? g Vt q̄s dicere pōt ei. s. h Cur ita facis? q̄si ipm̄ cogitādo: al's corrigēdo vl' corripiendo: certe null⁹: cū in nullo deficere possit. Tertio ondit ꝓfunditas diuie sapientie in pctoꝝ punitiōe: q̄ q̄cūq̄ se vertit hō: nulla astutia nullaq̄ potētia pōt dei vindictā declinare: fm illud Psal. Quo ibo a spū tuo: et q̄ a facie tua fugiam? et h est qd dicit: i Deus cui⁹ ire nemo resistere pōt. vindictā ei⁹ euadendo. k Sub q̄ curuant q̄ portant orbem. i. angeli q̄ administrāt oēm creaturā corpalē: et tn̄ dicunt incuruati ad dei reuerentiā: fm illud ps. Adorate eū omnes angeli ei⁹. Licet aūt effect⁹ predicti sint finiti: tn̄ declarāt infinitatē sapiētie et potētie diuīe: q̄ reducunt in deū tāq̄ in causam effectiuā simplr̄ primā: et p ꝯsequens actū purū et illimitatū: q̄ act⁹ nō limitat nisi p aliquā potentiā. vñ et forme magis materiales sunt mag̃ restricte: cuiusmodi sunt forme elemētares. l Quātus et ego sum. Hic ꝯn̄r ex p̄dict̄ iob cōcludit suū ꝓpositū. s. q̄ nō intēdit ꝯtra deū ꝯtēdere: q̄ h eēt frustratoriū et insanū: et primo h ꝯcludit ex sui paruitate. scd̄o ex dei maiestate. ibi: Si fortitudo. Circa p̄mū dicit: Quāt⁹ et ego sū. q. d. nulli⁹ momēti. m Vt rn̄deā ei. q̄ est sapie et potētie infinite. n Et loq̄r verbis meis. cū iudicia discutiēdo: ꝯtingit autē aliq̄n q̄ aliq̄s paru⁹ hō. s. dignitate et ptāte: ꝯfidens de sua iusticia ꝯstāter loquit corā iudice terreno: sed h nō pōt fieri corā iudice deo. Et h est qd dr̄. o Qui etiā si habuero etc. nō rn̄debo. petendo iusticiā. p Sed meū iudicē depcabor. petēdo misericordiā: et hn̄ dicit: Si habuero quippiā iustū. sub ꝯditione ꝓpter incertitudinem ꝓprie iusticie: quia nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit. Eccs. ix. q Et cū inuocantē me exaudierit. scz ad ꝓfectū. r Non credo q̄ audierit vocē meā. q̄ videlicz non exaudiuit me ad votū. ꝯtingit enim q̄ aliq̄s exaudiat aliq̄n ad profectum suum: non tamē ad votum: sicut febricitans cū petit potum a medico qui negat: exaudit enim ille eū ad profectum suum. s. ad sanitatē procurandā: non tamē ad votum suum. et eodem modo hoīem petentē liberari a flagellis p̄sentis vite deus aliquādo nō exaudit ad votū: exaudit tamē ad profectum: ordinans huiusmodi flagella ad meritū vite eterne: et q̄ homo flagellatus hoc nō videt. ideo exauditus non credit se exauditū. ideo sequit: s In turbine eni ꝯteret me. i. in obscuritate: q̄ nescio cāz sue dispositiōis aduertere. t Et mltiplicabit vulnera mea etiā sine causa. s. nota mihi. q̄uis sit nota sibi. vñ subditur: v Non concedit requiescere spm̄ meū. si eni homo sciret afflictionē suā ordinare ad bonū suū simpliciter: licet affligeret carne: quiesceret tn̄ mente: sic sciens p̄cisionē membri sui putridi valere ad conseruationem corporis: licet affligeretur carne: quiesceret tamen mente illam precisionem acceptando. homo autem a deo flagellatus in presenti: non potest certitudinaliter scire q̄ hoc sibi cedat ad meritū vite beate: nisi sibi fuerit a deo reuelatum: et ideo dicit: Non concedit requiescere spiritū meū. x Et implet me amaritudinibus. carnis et mentis. Potest etiā dici q̄ hoc cōcluditur quasi quoddam incōueniens contra amicos iob: q̄ presentem afflictionem negabant ordinari ad consolationem in alia vita futura. y Si fortitudo. Hic consequēter ostendit iob se nolle contendere cum deo ratione sue maiestatis. quando eni iudex terrenus est parue fortitudinis: ita q̄ nō potest coercere peccantem: secure contendit contra iudicem: sed hoc non potest dici de deo: cuius fortitudo est infinita. ideo dicitur. Si fortitudo q̄

ritur

a Si iustificare. Non sufficio esse testis innocētie: nec scio q̄ eam habeā. Et h est: b Si sim. fu. Qui scit bona que agit quoq̄ modo supbit? Itē q̄ nescit in se bona quō custodit? cōtra vtraq̄ op⁹ est et recta estimare vt custodiat: et mīma ne erigamur. Sed sūt q̄dā q̄ nō facile pn̄t sciri: nā aliq̄n qd virt⁹ icipit: culpa pagit. Vn̄ moyses: iuste qd iustū est exeq̄re: vt q̄ iusticiā amore ei⁹ nō p̄mij defendit. Et q̄ seipm̄ plene neq̄t examiare. h exiliū cecitat̄ egre fert. vñ subdit: c Et te. m. vi. m. Sz est ꝯsolatio hui⁹ caliginis reducta aio iusta potentia dei: q̄ et iniq̄s punit: et iustos trāscēdit. Et h est: d Vnū est q̄. Vel inocēs ꝯsumit: q̄ ex ꝯsideratiōe intime puritat̄ nihil esse videt impi⁹: q̄ cognit⁹ dānat: et h verbū cogitatiōis apud me ꝓtuli. Vel innocētē et impiū ꝯsumit: q̄ merito p̄me culpe ad interitū carnis eque trahunt. Contra h dāna hūani gener̄ gr̄am redēptoris q̄rit: q̄ simpla morte carnis nostrā duplā carnis et aīe destruat. Et h est. e Si fla. occi. se. Ridere dei est afflictione nolle miserere. vñ reprobis dicit: Ego ī interitu vr̄o ridebo. Omne desideriū pena ē dū differt. Vn̄ Salomon ait: Spes q̄ differt affligit aīaz. Hec pena fuit oib⁹ electis an̄ aduētū. quoꝝ vota dū de⁹ distulit: risit. Vel risus dei leticia ē: q̄ gaudet cū ardentius q̄rit a nobis. Gaudiū et facit ei de pena: q̄ p scā desideria ꝓ ei⁹ amore se castigat. Qd solus carnis mortē ptulit: aperit. f Terra data vl' tradita. Terra caro. s. impius diabolus.

39.d

7.b

g Man⁹ ei⁹. occisores xp̄i. in cui⁹ mentē q̄ diabolus nil potuit: carnē p satellites suos occidit. Hui⁹ terre iudices fuerūt sacerdotes et pilat⁹. quoꝝ vultū. i. corda impi⁹ velauit ne deū cognosceret: q̄ diabol⁹ cū suis sequacib⁹ vna psona est. sepe scriptura sic de eo loquit vt repente ad corp⁹ ei⁹ deriuet. Bene noīe impij ppl's psecutor accipit. dū dicit: q̄ si nō ille ꝓplus impi⁹ est: q̄s vnq̄ impi⁹ putand⁹ est. A pfidia iudeoꝝ ad se oculos vertens dolet. q̄ an̄ de mūdo erit q̄ xp̄s venerit. Et h est: h Dies mei velo. fue. cur. Cursoris ē secutura nunciare: sic oēs electi an̄ aduētū nūciātes xp̄m cursores fuerūt: s q̄ ante moriunt trāsire se veloci⁹ cursore dolēt: vt nō videāt presentē illū q̄ singularit̄ bon⁹ dr̄: de q̄b⁹ etiā addit: i Quasi na. Qui poma portat odore fruit: sed alijs cibū fert: sic antiq̄ odore venturi pasti sunt: sed nobis ꝓphetando ipm̄ fructū detulerunt. Solent poma paleis misceri: vt illesa vsq̄ ad terras ferant: sic in dictis patrū palea historie spūalia seruat q̄ sepe ab alto diuinitatis ad incarnationē vertunt: vt aq̄la que figit oculos in sole q̄s tn̄ inclinat ad cadauer cū cibo indiget: et cadauer christ⁹ in morte q̄ reficimur. Sed q̄ ppl's israel olim spiritu ꝓphetie plen⁹: in fide quā p̄nūciauit nō pmāsit: ꝓphetiā pdidit: p cōpassionē ad eoꝝ duriciā sermo vertit ita: k Cū di. ne. Israel vt p̄us noluit loq̄: cū quē p̄dixit negauit. in q̄ facies eius interior cōmutatur sordibus pfidie: vt nō agnoscat a deo. vnde restat torqueri dolorib⁹ eternis. Moralit̄. Dies mei velocius transi. Prim⁹ homo sic ꝯditus est: vt vita ei⁹ p tempora possit tendi: nō euolui: sed q̄ peccauit decursum ptulit: quē homo semp tolerat: et tn̄ optat dum viuere appetit. Hui⁹ decursus dāna voce humani gener̄ gemit. † Fugerunt. quia ad lucem stare homo noluit: fugiendo visum perdidit: ne bonū qd est videre possit: ad qd conditus fuit. l† Quasi naues poma portantes. Fruct⁹ terre p fluct⁹. Terra hominis paradisus est: in qua innocens pmāsisset: sed per culpam ad vndas mutabilitat̄ venit. Poma terre. sermo mūdati: possibilitas operis: intelligentia dei: que q̄ in terra quietis noluit homo edere: p mare portat: et in tot temptationib⁹ seruare conatur. nō sine ligno. i. cruce q̄ reformamur. Vel nauis que poma portat: suauitatem odoris habet: sed grauitatē ponderis nō habet: sic et homo expulsus cum ad superna repetenda se erigit: odorem celestiū recordatione sentit: sed pond⁹ vite non habens huc et illuc leuiter impellitur: et sicut aquila que in altū volat: sed appetitu ventris terram expetit: ita homo in alto condit⁹ ꝓ gustu vetiti cibi ad terrā cecidit: vbi carnibus voluptatis pascit. Sed cū hec tractamus: questio nos

Moralit

vrget.

robustissim⁹ ē. Si eq̄tas iudicij: ne
a mo audet ꝓ me testimoniū dicē. Si iustificare me voluero: os meum ꝯdēnabit me. Si inocētē ondero:
b prauū me cōprobabit. Etiā si simplex fuero: hoc ipm̄ ig̃rabit aīa mea
c d et tedebit me vite mee. Vnū ē qd locut⁹ sū: et inocētē et impiū ipē cō

a s quotidiana vindicta. b s veniat q̄ semel moriatur: vt iam vota iustoꝝ nō differat: ipm̄ q̄z ordinem passiōis. adiūgit: terra data est.

e sumit. Si flagellat: occidat semel:
f et non d penis inocētū rideat. Ter
g ra data est in man⁹ impij: vultū iudicū ei⁹ operit. Q̄ si nō ille est:
b+ q̄s ergo ē? Dies mei velociores
† fuerūt cursore: fugerūt et nō vide
l+ rūt bonū. Pertrāsierūt quasi naues poma portantes sicut aqui
k la volans ad escam. Cum dixero

ritur in iudice. a Robustissim⁹ est. ad coercēdū quecūq̄. scd̄o audet aliq̄s ꝯtendere ꝯtra iudicē: q̄n pōt manifeste ostēdere suā iusticiā p testimoniū alioꝝ vel p seipm̄. Primū est impossibile respectu dei: q̄ solus cognoscit occulta cordiū hominū: et iō nullus de bonitate ꝓximi pōt ferre testimoniū cōtra sniam dei. et hoc est qd dr̄: b Si equitas iudicij. supple q̄ritur in iudice ad ondēdū alicui⁹ inocētiā. c Nemo audet ꝓ me testimoniū dicere. cōrā deo cū ignoret secreta ꝯscīe mee solī deo nota. similit̄ scd̄m est impossibile. iḋo subdit: d Si iustificare me voluero. p testimoniū meū ꝯtra dei iudiciū. e Os meū cōdēnabit me. s. de blasphemia ꝯtra ipm̄. f Si innocentē ostēdero prauū me cōprobabit. peccatū meū nō solū alijs sed etiā mihi occultū reuelādo. fm illud Psal. Delicta q̄s itelligit. g Etiā si simplex fuero. i. sine plica dolositat̄ et falsitatis. h Hoc ipm̄ ignorabit aīa mea. ꝓpter varietatē motionū et affectionū: alias affectionū anīe: q̄ sicut dictū est: nescit hō vtrū odio vl' amore dignus sit. i Et tedebit me vite mee: ex h eni q̄ hō nō pōt esse securus d statu suo ī vita p̄nti: ꝯsurgit q̄dāmodo tediū viuendi. k Vnum est etc. Postq̄ iob ondit se nolle cū deo contendere. hic ꝯn̄r ondit de q̄ intēdit cū suis aduersarijs disputare. et p̄mo ꝓbat ꝓpositū p rōnē. scd̄o p exemplū. ibi: Dies mei. illud āt qd intēdit ostēdere est q̄ flagella hui⁹ vite nō solum infligūt homini a deo ꝓpter pctm̄: qd fuit p̄ncipale ꝓpositū: et h est qd dicit: Vnū est qd locut⁹ sū: et volo sustinere. l Innocentē et impiū ipē ꝯsumit. i. morte affliget: vt patz ad sensum. Cū igit mors sit quedam pena imo maxima in p̄nti vita. et hec indifferent̄ infert iustis et innocentib⁹: videt seq̄ q̄ innocēs a deo punit in p̄nti: sed q̄ statī potest ad hoc dici q̄ nullus est innocens a peccato originali: ꝓpter quod est debitor mortis: ideo p hoc innocens nō punitur. propter hoc arguit vltra: m Si flagellat occidat semel. q. d. ex hoc habetur q̄ deus deberet innocentē tm̄ semel affligere. s. in morte: et non in vita. cuius contrarium videm⁹ in multis innocentibus a deo afflictis in presenti vita quasi delectetur in eorum penis propter se. et hoc est qd dicit: n Et non de penis innocentū rideat. homo enim solet ridere de his que placent propter se: sed quia hoc est impossibile q̄ deus delectetur per se in penis innocentū. ideo oportet dare aliam causam istarum penarum. ideo subditur: o Terra data est in manus impij. quasi dicat iob. si tu dicas respondendo q̄ ipē sathan est causa: quia habet potestatē in terra. et sic inducit potentes hui⁹ mundi ad affligendū innocentes inique. vnde subdit: p Vultū iudicū eius operit. i. intellectum iudicū terre operit muneribus: fauore et alijs huiusmodi: ne videant equitatem innocētes cōdemnādo et affligēdo. Hanc responsionem destruit iob: quia sathan nihil potest nisi pmissus a deo: et ideo istas penas innocētum oportet reducere in aliam causam. s. in deum pmittentē et in pmissionis causam. et hoc est qd dicit: q Q̄ si nō ille est. s. sathan causa prima dictarum penarum. r Quis ergo est. q. d. ipē deus pmittens. s. talem afflictionem ad bonum innocentum in alia vita: qd aduersarij iob negabant. s Dies mei. Hic declarat ꝓpositum p exemplum sui: ostendens se esse punitum a deo nō pro peccato precedente: et secūdo inquirit causā punitionis sue. x. ca. Circa primū ostendit primo se innocentem punitū. scd̄o remouet dicti sui falsū itellectū. ibi: Si lot⁹ fuero. Circa p̄mū p̄mittit afflictionē suā dicēs: Dies mei. s. ꝓsperitatis mee. t Velo. fue. curso. q̄ absq̄ statiōe tēdit ad terminū: et p h ondit iob q̄ ꝓsperitas sua tēporalis nō habuerit aliquā fixionē: s trāsijt statim ad miseriā. iō subdit: v Fugerūt et nō vi. bonū. s. stabile: sed h est valde miserabile q̄n homo in miseria posit⁹ recolit tp̄s suū ꝓsperū sic cito trāsijsse. et ad idē exp̄mēdū pōit aliud exēplū de naui velocit̄ trāseunte ad portū: et d aq̄la famelica volāte ad cibū dicēs: x Pertrā. q̄i na. po. por. q̄ꝝ naute festināt nō solū ꝓpt desideriū port⁹. s et ne poma ꝓpt moram ī mari putrefiāt. y Cum dixero

De pe. di. 2. c. Si em. ante medium. De purga. ca. c. si.

D

nequaq̄

Universidad de ... Biblioteca

Glo. ordi.

vget. cur deus fecit quē peritur̄ puidit. Cur bon⁹ oīpotēs nō talē fecit q̄ perire nō posset: q̄ cogitatio ne in supbiā erumpat hūiliter se cōprimit dicēs: a Nequaq̄ ita loq̄r. Sz infirmus a tali inq̄sitiōe cōpescar. In q̄ facies mētis cōmutat: qz que alta querebat infirmā se videns: venerat qd ignorat. In q̄ est dolor: qz valde affligit q̄ ad intelligēda q̄ de se sunt cecat. His cōmunibus malis sua ppria adiūgere metuit. vñ subdit: b Verebar o. ope. rc. Bona q̄dē erāt: sed r hec timēda bis q̄ vere volūt deo placere. Quia duo ī bōis timēda sūt: desidia r fraus. Desidiā facit mior amor dī. Fraudē pprius amor sui: dū p bene actis tacita humani cordis grā. vel fauoris aura: vel q̄libet res exterior desiderat: ħ beat⁹ q̄ excutit man⁹ suas ab omi munere cordis man⁹ et oris. Contra hec timor habēdus est: q̄ munit q̄ nō parcet delinquēti: et si eni peccātes ad pniam vocat: tñ nūq̄ pctm̄ sine vltione pterit. Vel homo punit: vel deus. vñ r post baptismū pro originali morimur: sed dum plus iusto trepidat: tedet viuere: q̄si nec p labores ad vitā pueniat. vñ: c Si aūt r sic impi⁹ suz. Nō penitet laborasse: sed inter labores de pmijs incertū se esse dolet. Ita ē incert⁹ iustus vt ɔfidat: ita ɔfidit ne securus torpeat. d Frustra. dico. quia. e Si lotus fuero. Qui conterit se vt lamēt⁹ affligatur: aquis se lauat: sed non niuis: nisi assit humilitas: q̄ coram deo candet: dū nec aliū despicit: nec contra deuz murmurat. Vel aqua niuis ex aere est: cum alie aque extra oriunt. Qui ergo plorat pro eternis: aqua niuis pfusus est: q̄ cōpungit in prece p terrenis aq̄ terre.

a nequaq̄ ita loq̄r: cōmuto faciem a
b meā r dolore torqueor. Verebar b+
oia opa mea sciēs q̄ nō parceres † c+

a ſ post merū puenit ad lachrymas desperatiōis vt hūilitas postulatiōis opus bonū subuehat ad premiū: sed nec vita nec lachryme pfecte mūdos reddunt: dū hec corruptio tenet. vnde addit: si lotus fuero rc.

c delinquēti. Si aūt r sic impi⁹ sū: d
d e q̄re frustra laboraui? Si lot⁹ fue e+ f+
f ro q̄si aq̄s niuis: r fulserint velut g
mūdissime manus mee: tñ sordi b+
g bus intinges me: r abomiabun l+
i h tur me vestimēta mea. Neq̄ eni k+
k viro q̄ sīlis mei ē respōdebo: nec l
qui mecū in iudicio ex equo pos
l sit audiri. Nō est q̄ vtrūq̄ valeat m+

a ſ sicut Esaias dicit: quiescite agere puerse: discite bene facere et venite r arguite me.

m arguere: r ponere manū suam in n
n ambob⁹. Auferat a me virgā su o+
am: r pauor eius nō me terreat.
o Loq̄r r nō timebo eū: neq̄ enim †
p possum metuens respōdere.

Manus. sunt opa. f Velut mū. quasi non vere munde sub hac corruptione. g Intinges. id est intinctum demonstrabis: quia quanto plus ei proximamus: sordes nras ex eius mundicia agnoscimus. h Vestimēta. Vestimentum anie est corpus qd precipit salomon omi tempore cādidum esse: r si sit mixtum sanguine: id est carnalibus desiderijs: dicit Esaias comburēdum. i Abominabūtur. Id est abomiabilem reddunt: vt de iuda dicit: possedit agrum de mercede iniquitatis. i. possideri fecit. In abomiatione vestis hoc grauius habet: q̄ sensuz sui reprehensoris ignorat. vñ dicit: k Neq̄ enim viro. Inter homies r audim⁹ obiecta: r ab ea respondemus r audimur: sed in iudicio dei ipe nos audit: quia videt omia que agimus: sed non audimus eum: qz qd ei displicet plene nō intelligimus. Non ex eq̄ potest audiri: nec est qui. l Vtrūq̄. Id est me r deuz possit: m Arguere. Arguit: qui ex auctoritate rationis cōtrauadit. Qui ergo recta agit: iam nō gemitu precis: sed fiducia auctoritatis ire iudicis cōtradicit. Videt autem iob q̄ peruerse fecit homo: q̄ districte irascitur deus: r nō esse humanam iusticiam que cōtradicat: r iō optat. s. post venturū mediatorem: qui r homiem arguit ne delinqueret: r patiendo deo obstitit ne feriret. Et manum posuit in ambobus: quia r homini exemplum agendi prebuit: r deo in se opera quibus placaretur ostēdit: qd nullus ante eum potuit. Ipe etiam hoc mirabilius fecit q̄ corda delinquentium mansuetudine potius q̄ terrore correxit. vnde addit: n Auferat a me virgā suā. Legis qua punit: ħ eam christ⁹ abstulit: r per mansuetudinez vias vite ostendit. Voluit vt deus timeri: ħ vt pater amari. vñ subdit: o Loquar r nō timebo. Iam nō habet metum: sed vt ad patrē affectum. Ecce baculus. i. timor legis missus nō suscitat puerum: sed ipe helyseus puero contemperatus: r septies aspirans. i. p amorem spiritus. p Respondere. Est factis digna recōpensare: sed beneficijs dei nemo seruiliter timēs respōdit. Tantūmodo qui per fiduciam amoris non timet: digna ei reddidit obsequia. Nō est pur⁹ qui mala ageret si liceret. Amāri autem est tedium huius vite: que prius dulcis erat: etiam merens eam tolerat. Et hoc est:

Tedetani.

Nico. de lyra

nequaq̄ ita loquar. conquerendo de mea afflictione et miseria. a Cōmuto fa. me. r do. tor. i. auget dolor me⁹ interior: r p ɔñs in facie cōmutor. dolor eni celat⁹ ī corde intēdit. q̄si intus violēter retent⁹ r iclusus: ħ q̄n apit exteri⁹ p fletū. s. seu q̄rulatiōe minuit q̄si p quādā euaporationē. Posita afflictiōe sua: declarat innocētiam suā dicēs: b Verebar omnia opera mea. ne esset ibi aliq̄d iniustū. mod⁹ eni hois dilligēter suā innocētiā custodientis est semp timere ne aliq̄d iniustū faciat. c Sciens q̄ nō par. delin. qz ad deū non ptinet dimittere dedecus culpe sine decore iusticie. d Si aūt r sic impi⁹ suz: vt meruerim tantū flagellū. e Quare fru. labo. ad custodiēdū īnocētiā tā diligēter. q. d. ħ nō ēverisile: r sic ɔcludit q̄ sua flagellatio nō fuerit p petō pcedēte: ħ p alia cā. s. ad exercitiū sue patientie p merito vite future. qd intendit iob ɔtra aduersarios ɔcludere: vt dictū fuit a pncipio. f Si lo. fue. Hic ɔñr iob remouet falsū intellectū sui dicti. p ħ eni q̄ dixit se īnocētē a deo punitū. posset ab aliq̄ ītelligi q̄ diceret se iustū in cōpatiōe ad deū: cui⁹ ɔtrariuz asseruit in pncipio hui⁹ capli: r iō ostēdit q̄ null⁹ q̄ntūcūq̄ iust⁹ cōpat⁹ dō pt dici pprie pur⁹ a petō. pallidū eī cōpatū ad albū dr nigrū: r impfectū ad pfectū dr defectiuū: r ħ mō oīs creatura q̄tūcūq̄ lucida dr tenebrosa cōpata ad deum: r eodē mō hūana innocētia cōparata ad puritatē dīnā dr īmūdicia. Fm illud Esa. lxiiij. Vniuerse iusticie nre q̄i pān⁹ mēstruate: r ħ est qd dr: Si lotus fuero a petō cōmisso p pniam. g Et ful. ve. mū. ma. mee. seruādo īnocētiā. h Tñ sor. inting. me. i. videbor sordibus iuxta te. i Et abo. me ve. me. id est opa. qz īmūdicia ope℞ pcedit ab īmūdicia opantis. q̄ aūt p vestimenta designent opa exteriora ptz Matth. vij. Attēdite a falsis pphet⁹ q̄ veniūt ad vos ī vestimētis ouiū rc. Cōsequenter subdit cām q̄re hō cōparat⁹ deo videat sordid⁹ r iniust⁹ dicens: k Neq̄ eī viro q̄ sīlis mei est rñdebo. s. in tali cōpatiōe. vir eni iuxta virū pōt apparere iustus: ħ nō iuxta deū: cui⁹ iusticia excedit ī īfinitū. r sic intelligit qd subdit: l Nec q̄ me. in iu. rc. qz de⁹ a nullo pōt iudicari. iō subdit: m Nō ē q̄ vtrūq̄ va. ar. qz de⁹ a nullo pōt argui. n Et po. ma. suā in am. i. coercere sua ptāte me r deuz. qz de⁹ a nullo pōt coerceri. p ista oia insinuat iob infinitatem q̄ ad iusticiā diuie excellētie. rōne cui⁹ homo q̄ntūcūq̄ iust⁹ non pōt dici pur⁹: nec p ɔñs pōt de diuinis iudicijs ɔtēdere. vñ subditur: o Auferat a me virgā suā: r pauor ei⁹ nō me terreat. loq̄r rc. q̄si dicat ista duo. i. terror diuie vindicte r pauor: ne inferat irreuerētia diuie excellēcie debēt homini silentiū imponere: ne audeat de ei⁹ iudicijs ɔtēdere. Tot⁹ eni liber iste rhetoricus est: cui⁹ mod⁹ est eandē sniam modis pluribus explicare: r maxime q̄n homo loquit in psona dolentis q̄ ɔceptus solet exprimere plurib⁹ modis. aliq̄n interrogatiue: aliq̄n optatiue: et aliq̄n assertiue: r alijs modis plurib⁹. vt patet in pcessu huius libri. Tedet

Moraliter.

Et rñdens iob rc. Ca. IX Quoniā baldath de hypocritis multa vera dixerat: licet male applicaret ad iob q̄ talis nō erat. ideo iob id qd erat vex rñdēdo nō negat ħ mag⁹ affirmat. d. Vere scio q̄ ita sit. de realit hypocrit⁹. † Et q̄ nō iustificet hō cōparat⁹ deo. nā finiti ad infinitū nulla est cōparatio. † Nō poterit rñdere vnū p mille. i. nihil poterit rñdere: qz rōnes diuinorū ope℞ nobis sunt ignōte. † Sapiens corde est r fort⁹ robore. qd oñdit. d. Qui trāstulit mōtes r nescierūt. supbos deijciendo. q̄n firmiores esse credūt in ħ mūdo: sicut nabuchodonosor dictū fuit Dañ. iiij. Regnū tuū trāsit a te. † Qui cōmouet terrā de loco suo. hoies in terrenis ɔfidētes de pñti vita subito trāsferendo. Lu. xij. Stulte hac nocte repetent aīam tuam a te. † Qui pcipit soli r nō orit. q̄n pdicatio pter maliciam ppli a deo subtrahit. Ezech. iij. Linguā tuā adherere faciam palato tuo r eris mut⁹: nec q̄si vir obiurgās: qz dom⁹ exasperans est. † Et stellas claudit sub signaclo. q̄n virtutes humiliū ne supbiant seruat

biant seruat

biant seruat in occulto. † Qui extēdit celos solus. ħ spūalit facit q̄n ɔtemplatiuos ad pdicādū mittit. Et qz p hoc terrena ptās christo subijcit p fidei receptionē. iō sbdit: † Qui gradit sup fluct⁹ maris. qd fuit impletū in cōuersione Cōstantini impatoris. † Qui facit arcturū rc. diuerse sunt ɔstellatiōes varios stat⁹ ecclie signātes p arcturū q̄ semp sup orizontē nostrū apparet: significat stat⁹ aplo℞ q̄ in epis remanet. p orionas q̄ sunt tēpestatis signū: significant status martyrū. p hiades q̄ significāt pluuias stat⁹ docto℞ doctrine pluuiā effundētium. p interiora austri: que sūt nobis occulta status anachoretarū hoim aspectus declinantiū. † Qui facit magna r inscrutabilia rc. Eccs. j. Cuncte res difficiles: nec est q̄ possit eas explicare sermone. Sed quoniā mag⁹ occulte sunt ppietates gratie q̄ nature. subdit: † Si venerit ad me. gratiā ɔferendo. † Et si abierit. eā retrahendo. † Nō intelligā. Eccs. ix. Nescit homo vtrū amore vel odio dign⁹ sit. † Si repente interroget. in mortis articulo. † Quis respōdebit ei. q̄si dicat nullus: quia nō est sufficienter puisus. † Deus cuius ire resistere nemo potest. ira in deo dicit volūtas puniendi. In deo duplex dicit voluntas. scz facti r signi. volūtati vero puniendi que est facti: nullus resistit: sed volūtati puniēdi que est signi: aliq̄n viri sancti obsistunt: q̄n penam aliq̄bus debitam suis orationibus auertunt. r sic dixit dñs Hiere. vij. Noli orare p populo isto: neq̄ assumas p eis laudē r orationē r nō obsistas mihi. † Sub quo curuant qui portāt orbem. nā principes r prelati debent sub eo humiliari. † Quantus ego sum. q. d. nihil ad respondendū sibi. † Qui si habuero quippiam iustū nō respōdebo. qz nescit homo si sit vera iusticia que est p gratiā. propter qd necesse habet deprecari iudicē p misericordia habenda: r nō iusticiā allegare. † Cū inuocantē me exaudierit. nō credo. propter incertitudinē gratie. † In turbine enim cōteret me: id est in tali pplexitate mei status sum territus. † Et multiplicabit vulnera mea sine causa. scz mihi nota. Et sic remanet timor r ɔturbatio in ɔscientia. † Si fortitudo querit rc. Hic ostendit q̄ cū deo nō est cōtendendū propter sue potestatis excessum. Et qz nulla iusticia potest allegari ante ipm ex parte homis: qz nescit si sit iustus vt predictum est: r multo minus potest allegari p testimoniū alterius. ideo dicit: † Nemo audet rc. Et ex tali pplexitate insurgit tediuz presentis vite. ideo subdit: † Et tedebit me vite mee. Vnum est q̄ locutus sum rc. Hic ostendit q̄ ex afflictionib⁹ present⁹ vite etiā vsq̄ ad mortem nō potest argui iusticia vel iniusticia. nam hec infligunt iustis r iniustis: sed quoniā pfecti appetūt affligi r etiam per mortem dissolui vt sint cum christo. ideo p ipis dicitur. † Si flagellat: occidat me. id est occidi permittat. † Et non de penis innocentiū rideat. id est derisionē fieri non pmittat. quā abhorebant aliquādo sancti non p se: sed inquātum hoc fiebat a tyrānis r infidelib⁹ in contemptum dei. ideo subdit: † Terra tradita est ī manu impij. qd fit q̄n potestas dat impijs bonos psequēdi. † Vultū iudicū eius operit. id est operiri pmittit errore. † Qz si nō ille est rc. q. d. nō est dubiū q̄n talis potestas impijs ɔcessa sit a deo: q̄uis abutant: verūtamē qz parū durat sicut r homis vita. subditur: † Dies mei velociores fuerūt cursore. naz cursor aliq̄n sistit p cibo sumendo r somno. tempus aūt continue transit. Ad idem ponit exemplū de transitu nauis r aq̄le volātis. d. † Transierūt rc. Cū dixero nequaq̄ ita loquar. de transitu vite pñtis. † Cōmuto faciē meā. id est intellectū meū ɔuerto ad cogitandū iudiciū futurū. † Et dolore torqueor. horrore sequētis pene. Et qz talis horror incutit timorē peccandi subdit: † Verebar omia opa mea rc. Sed quoniā impij iustos esse malos reputāt. ideo in psona iusti subdit: † Si autē sic impi⁹ suz. vt a malis dr: † Quare frustra laboraui. ad precauendū mihi de pctis r ad opandū bona. q. d. nō est pro remuneratiōe in vita pñti sed futura. qd erat ɔclusio iob intenta. Sed quoniā sicut lux creata cōparata ad diuinā est tenebra: sic iusticia humana cōparata ad diuinā est iniusticia. Esa. lxiiij. Quasi pān⁹ mēstruate vniuerse iusticie nre. Ideo subdit: † Si lot⁹ fuero rc. sequit: † Tñ sordib⁹ intinget me. sicut sol obscurat lumen candele. † Et abomiabunt me vestimēta mea. i. v̄tutes mee erūt q̄si nulle. † Neq̄ eni viro rc. id est de⁹ nō est sīlis mihi sicut ali⁹ vir vt possim ei cōparari ex eq̄. † Nō ē q̄ vtrūq̄ valeat arguere rc. id est ipe r ego nō habem⁹ iudicē cōem: qz nō habet supiorez. † Auferat a me virgā. timoris seruilis. † Loq̄r. in orōne deuota. † Et nō timebo. qz pfecta charitas foras mittit timorē. j. Ioh. iiij. In capitulo. ix. vbi dicit in postilla. Et columne eius concutientur.

Additio. j.

Per columnas terre possunt intelligi ad lrām colūne vel quecūq̄ alia edificia q̄ vident adherere terre: vel etiā mōtes q̄ sunt q̄si colūne sup terrā fundate: q̄ oia in terremotu ɔcutiant. In eodem ca. ix. vbi dicit in postilla. Qui pcipit soli r nō oritur. i. potest precipere.

Additio. ij.

Tempore Iosue q̄n deus fecit stare solem in medio celi vt nō procederet ad occasum spatio vnius diei. Ex eadem statione secutum est q̄ staret ante ortum respectu hemisperij antipedum: r sic eodez tempore deus fecit q̄ non procederet sol ad ortum: vnde non oportet q̄ arguat a sīlitudine ptātis in pcipiēdo: qz in vna r eadē statiōe sol stetit vt nō pcederet ad occasum: nec etiā ad ortū: r ħ respectu diuerso℞ hemisperiorū rc.

Glo. ordi.

a Tedet ani. Cū aū hec Ca. X vita vilescit amore celest⁹: qui defendebat culpas: iā eas accusat. Et ħ est: b Dimittā elo. quo vtebar in defensione iam. c Aduersum me: qz ɔfitendo me accuso: nō vt q̄ adhuc erubescat ɔfiteri: qz nō tāto desiderio mala deserit. Sed qz aliq̄n apte ɔfitens nō gemit: sed lugēda gaudens dicit. subdit: d Loquar in ama. Vt amaritudo puniat: qd lingua accusat. Ex pnia nascit securitas r ɔfidētior interrogat: quō erga se agat. Et hoc est. e Dicā deo: noli me con. qz pena mea extinguit tua supplicia. f Cur me ita iu. Duob⁹ modis ħ iudicat. Vel penā īmittit: q̄ nō mutatos ad eīnā trahit. Vel p hāc penā extinguit futurā. Hui⁹ ḡ iudicij incertitudine turbat: r cogitatiōe īterrogat q̄ de sua ambigit vita. Sz cū virtus vite respicit: q̄si ɔsolatio a iudice respondet: qz nō ad pdendū pcutit: quē r feriēdo ī innocētia custodit. dicit ḡ: g Indica mihi: cur rc. i. flagellas vtrū ad securitatē. vl⁹ p q̄ culpa specialit: qz r si iust⁹: hz tñ aliq̄ mala: r iō petit vt de⁹ se sibi indicet vt qd de⁹ in eo punit: ipe q̄z flendo puniat. Ideo cām q̄ro. scio enim quod non iniuste. Et hoc est. h Nunq̄d bonū. Interrogatio hec negationē exigit. ac si diceret. scio q̄ tu summe bonus: nō estimas bonū: vt paupem p calumniā premas: r ita scio qz nō est iniustum q̄ patior: r iō plus doleo q̄ causam ignoro. Non ait: opprimas innocentē: quia nō audet de iusticia: sed paupem: qz infirmū ɔsiderat.

Opus

a Tedet aīam Ca. X a†
b meā vite mee: dimittā †
c aduersum me eloquiuz b
d meum. Loquar in amaritudine
e anie mee: dicā deo: noli me con c†

a ſ in pñti afflictione: vtrū pro securitate futura vel pro qua culpa spūaliter: quia et si iustus haber tamen aliqua mala.

g f dēnare. Indica mihi: cūr me ita d†

a ſ quero q̄re: sed scio q̄ iuste nō pniciose.

h iudices? Nūq̄d bonū tibi videt e†

ſ vel paupem alia littera.

si calūnieris me r opprimas me: f

Nico. de lyra

a Tedet aīam meā vite mee. Ca. X Postq̄ iob declarauit se innocentē punitū fuisse. hic ɔñr inq̄rit cām punitiōis sue: quā maxime solent afflicti q̄rere. Et pmo ponit suā inq̄sitionē. scdo infert cōtra adūsarios vnā ɔclusionē ibi: Quare de vulua. Prima in duas: qz pmo inq̄rit cām sue punitiōis ex suppositiōe sue innocētie. scdo absq̄ tali suppositione. scda ibi: Si peccaui. Prima ī duas fm duplicem causam quā remouet a deo. secūda ibi: Nūquid oculi. Prima causa punitionis innocētis est malicia in puniente: quādo calūniat innocentem per suam maliciam vel opprimit p violentiam. r hoc nullo modo pōt esse in deo. sic igitur istam sniam deducit iob pmo lamentādo afflictiōem suam dicens: Tedet aniam meaz vite mee: qz licet viuere fm se sit delectabile: subiectū tñ mult⁹ angustijs efficit tediosum: sicut erat in iob. b Dimittaz adsum me elo. me. tūc eni videt hō loqui cōtra se q̄n loquit de abbreuiatiōe vite sue. c Dicā deo: noli me ɔdēnare. ex ħ patet q̄ iob nō loquebatur ex desperatiōe: sed magis ex suppositione aduersarioꝝ suoꝝ futuram vitam negantiuz: ad quod sequitur breuiatio vite iob optanda: vt sic terminaret sua pena: vt frequēter dictū est supra: d Indica mihi: cur me ita iudices. ostendēdo mihi cām quare sic grauit me punis innocētem. e Nūquid bonū tibi videt si calūnieris me. p astutiam. f Et opprimas me. p violentiā.

A

Universidad de ... Biblioteca

a Opus manuũ.quasi impie nõ ꝑdis quẽ gratuito fecisti. b Impiorũ.i.malignorũ spirituũ:q̃ cũ ad vitã redire nequeũt: socios ad mortẽ querũt:quorũ ꝯsiliũ fuit vt iob rectũ in ꝓsperis frangerẽt aduersis:sed deus sup vires nõ sinit tẽptari. c Nũquid ocu.car. Oculi carnis nõ nisi aliq̃ facta in tpe ꝯgnoscunt. qꝛ ꝛ cũ tpe claudũt: ꝛ hũanus visus q̃dlibet opus sequit:nõ ꝓcurrit. d Dies.quoq ꝛ anni hoĩs differũt ab eterno:cui nihil pterit:nihil est futurũ:sed omia conspicit ꝓsentia. e Et que.iniqui.meã.Et ita scias q nihil impie feci:q̃si humiliter querat: cur in tpe ꝑ flagella ꝓbas quẽ apud te pfecte ꝛ ante tempora scisti. f Cũ sit nemo. q̃si quid restat tibi nisi parcere: cui nemo põt obuiare. Quo eñi nullus põt tuaꝫ vindictaꝫ retinere: eo facilius pietas debet parcere: vt autẽ placet:qꝛ nr̃m opus ꝑ possumus:suũ opus ei offeram. g Manus tue dñe.q̃ ꝑsa misericordit ne ꝑeat qđ fecisti. h Fecerũt.ꝓm aiaꝫ. i Totũ in cir.ꝓm corpus nõ gens tenebrarũ: dignior ꝯditio hoĩs ꝑ ceteris ostendat: manibus dr̃ factus ꝑmisso ꝯsilio. Faciamus hoĩem ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ nr̃aꝫ. cũ de ceteris dixit tm̃:fiat. k Et sic repente.quasi quẽ tanta dignitate preponis cur tanta vilitate despicis? Sed cũ hac dignitate que est ꝑ spiritũ:est infirmitas ꝑ carnẽ:que moueat piũ iudicem.vñ dicit: l Memẽto q̃so q sicut lu.fe.me. Vñ venialis est culpa:cũ irremissibilis sit in angelo q̃ robustus fuit. Lutũ est cũ aqua terrã ĩfundit. Ita homo cũ aĩa rigat carnẽ: cuius morteꝫ aperte subdit: m Et in pul.red.me. quasi vide materiã ꝛ penã:ꝛ culpe parce.qꝛ qualitateꝫ hominis ꝯditi protulit: subdit ordinẽ ꝓpagationis.vñ dicit: n Nõne sicut lac ꝛc. Factus hõ vt lutũ.ꝓpagatus aũt sicut lac mulget semine vt caseus coagulat in carne. Carne ꝛ pelle induit:ossibus ꝛ neruis solidat.

B

Ps.118.

Gen.1.d

C

De pe.di.2. c.si em.i.b. vestimentũ

Post creationẽ corporis qđ minus est subdit mira aspiratio viuificationis. o Vitã ꝛ mise.Sed hec bona frustra dedit:nisi ipe custodiat.vñ subdit: p Et visi.tua.Eadẽ de interiori homine.Interior hõ lutũ est:qꝛ terrene mẽti grã spũs infundit:ꝛ irrigat vt ad deũ eleuet.Sed ne cõtinuo vsu supbiat: spũs ad tps deserit:ꝛ in puluereꝫ redacta aret:vt iã vento tẽptationis agat vt sic se hõ cognoscat.deũ hõ relictus ꝯcutit:dona dei cogitat subtilius. n† Nõne sicut lac.Dũ mens ꝑ spm̃ dei a vetustate trahit:sicut lac mulget:qꝛ in q̃dã inchoatiõe format. Sic caseus coagulat:cũ pinguescẽs cogitatiõibus stringit:vt iã non defluat desiderijs:sed i vno amore solidet.Sed ꝯ hec rudimẽta caro ex veteri vsu murmurat. q Pelle ꝛ car. Id est carnaliũ motuũ obsidione mens vallat.q̃ aũt exterius laxat ad bella:interius roborat ꝑ ossa virtutũ:vt humilis sit ꝛ fortis. Jõ aũt deus recte viuẽdi rectitudinẽ tribuit:qꝛ pteritis delictis parcit. o† Vitã ꝛ mise. Vita dat cũ malis mẽtibus benignitas aspirat: sed hec nõ dat:nisi ꝑus miscđia ante acta mala diluat. Vel misericordia est subsequẽs datã vitã vt custodiat:qꝛ misericordit visitat:vel ad amorẽ cõpungẽdo:vel ad timoreꝫ flagellãdo:vt humanus custodiat spũs.Postq̃ de se dixit dona miscđie generaliter.subdit: r Scio qꝛ vniuersorum memi.quasi d.cur de me trepido:q̃ omẽs gẽtes colligẽdas scio. s Licet hec celes in cor.t.qꝛ adhuc nõ indicas apto sermone.Certi de venia solent ꝑoris nequicie memoriã tangi:ꝛ illicita cogitatiõe nolentes pulsari.vnde subdit: t Si peccaui ꝛc.Ad horaꝫ parcit deus:cum mox culpam concessis fletibus diluit.Sed non patitur esse mũdos:quia ꝛ nolentes memoriã mali cũ delectatione toleramus quod est cicatrices cõputrescere.Hic est homo qui (vt moyses dicit) est pollutus nocturno somnio.i. occulta temptatione qui iubetur exire extra castra.i. comparatione continentiũ se despicere.Ad vesperam lauat aqua.i.ꝯspiciens defectũ suũ fletibus se lauat.post occasum solis redit in castra cũ frigescit flãma cogitatiõis:fiduciã societatis bonorũ sumit.Cũ aũt mens mẽoria mali concutitur:aliq̃n grauius q̃ prius ad ppetrationem trahitur:et fit homo impius:cui ꝛ si sit erectus ve

erit eter.

a b opus manuũ tuarũ:ꝛ ꝯsiliũ impi/ a b
c orũ adiuues? Nunq̃d ocli carnei c†
tibi sunt:aut sic videt hõ ꝛ tu vi/
d debis? Nunq̃d sicut dies homis d
dies tui:ꝛ anni tui sic hũana sũt
e tpa:vt queras iniq̃tatẽ meam:ꝛ e
pctm̃ meuꝫ scruteris.Et scias qꝛ f
f nihil impiũ fecerim cũ sit nemo q̃ g
a quasi quia nullus est qui eruat.ergo tu me erue quia fecisti me.
g de mãu tua possit eruere. Manus b+
h tue dñe fecerũt me ꝛ plasmauerũt i k+
i k me totũ i circũitu:ꝛ sic repẽte ꝑci l+
l pitas me? Memento q̃so q sicut m†
m lutũ feceris me:ꝛ i puluerẽ redu/ †
n† ces me. Nõne sic lac mulsisti me: n†
q ꝛ sicut caseum me coagulasti? pel o p
le ꝛ carnibus vestisti me: ossibus et q
o† neruis cõpegisti me. Vitã ꝛ mise r†
p ricordiã tribuisti mihi:ꝛ visitatio s
a sicut mihi ita ꝛ oibus
s tua custodiuit spiritũ meũ. Licet t†
r hec celes in corde tuo:scio tamẽ v†
quia vniuersorũ memineris. Si x
sed nõ ex toto mundus.
t peccaui ꝛ ad horã pepcisti mihi: y

a Opus manuũ tuarũ.i.cũ sim creatura tua. b Et cõsiliũ impiorũ adiuues.q̃r studiũ vertit ad depssionẽ innocẽtium.ista ꝓposuit iob interrogatiue.q.d.ista nullo mõ pñt in deo esse:ꝛ sic excludit a deo pma cã punitiõis sue:q̃ est malicia punientis. c Nunq̃d oculi.Hic remouet scđa cã que ẽ ignorãtia veritatis:sicut iudex aliq̃n punit inocẽtẽ ẽt ꝫ ordinẽ iusticie:vt pote q̃n suspectus est de crimie licꝫ falso:ꝛ sic ꝑ tormẽta seu q̃stiones punit innocentẽ:vt ꝑ hec extorqueat veritatẽ.ista aũt causa puniẽdi innocẽtẽ nõ põt esse in deo:cui nihil põt eẽ occultũ.Sic igit ꝓcedit iob primo q̃si inq̃rendo vtrũ ꝓpter talẽ ignorantiam puniat a deo.ꝛ scđo ondit q nõ. ibi:Manus tue.Circa primũ dicit loquens deo: Nunq̃d oculi carnei tibi sunt:ita q accipias cognitionẽ intelligibilẽ a sensibus:inter q̃s in h̃ pncipalior est visus:qꝛ plures differentias rerũ nobis demõstrat: vt habet j.metaph. d Nunq̃d sicut dies hoĩs dies tui ꝛc.ita q ꝑ ꝓcessuꝫ temporis augeat in te cognitio veritatis sicut accipit cognitio in hoĩbus:ꝛ ꝓpter talẽ modũ cognoscẽdi:aliq̃ veritas te lateat. e Vt q̃ras iniq̃tatẽ meã ꝛ pctm̃ meũ scruteris.per tormẽta mihi inflicta:sicut iudices humani inq̃rũt de ignotis. f Et scias qꝛ nihil impiũ fecerim.ꝑ talẽ disq̃sitionẽ:sicut iudices terreni ꝑ hoc cognoscũt questionati innocẽtiã. g Cũ sit nemo q̃ de mãu tua possit eruere.illũ quẽ tu volueris predicto modo q̃stionare. h Manus tue. Hic ꝯñr ondit iob talia nõ hr̃e locũ in deo:cũ cognoscat hoĩem pfectissime intus ꝛ extra:ꝛ h̃ est ad qđ dicit: Manus tue.i.potentia opatiua tua. i Fecerũt me q̃ntũ ad aĩam q̃ fit a deo ꝑ creationẽ. k Et plasmauerũt me totũ in circũitu.q̃tũ ad corpus q̃ aĩa circũdat sicut vestimẽto q̃dãmodo. l Et sic repente ꝑcipitas me?ꝑ flagella.q.d.mirabile ẽ q cũ tanta diligentia feceris me:ꝛ statim ꝑ flagella velis me destruere.H̃ interponit ꝯtra errorẽ amicorũ iob:q̃ post mortẽ negabãt animã remanere q̃si sequẽs ad dictũ eorũ: qđ pma facie incõueniẽs videt. m Memẽto q̃so q sic lu.fe.me.h̃ dr̃ ad alludendũ ei:qđ dr̃ in genesi hoĩem formatũ de limo terre Gen.j.ꝛ redigẽdo in puluerẽ Gen.iij. n Nõne sic lac mul.me. Incipit describere formationẽ hoĩs a ꝑncipio seminis.qđ ẽ de supfluo alimẽti dealbato ad modũ lactis. o Et sic caseum me coagulasti.in formatiõe eñi pueri semẽ viri in q̃ ẽ vis actiua se hꝫ ad materiã mĩstratã a mr̃e in formatione corpis pueri:sic coagulũ ad lac i formatiõe casei. p Pelle ꝛ carnibus vestisti me.qꝛ mẽbra vitalia vt cor ꝛ epar ꝛ cetera opiũt carnibus ꝛ pelle q̃busdã vestimẽtis. q Ossibus ꝛ neruis cõpegisti me.ad robur corpis.Descripta q̃ corpis organiꝫatione:ꝓcedit ad animationẽ dicẽs: r Vitã ꝛ misericordiaꝫ tribuisti mihi.deus eñi infundẽdo aĩam dat vitã:etiã virtutes in q̃dã seminario:inter quas in ipo iob relucebat miseratio: ꝓm q ipe dicit infra tricesimo pmo.Ab infantia mea creuit mecũ miseratio. s Et visitatio tua custodiuit spiritũ meum.ꝑ vite continuationẽ exhibendo tua beneficia.tunc eñi dicitur hominem visitare quando dat ei beneficia spiritualia ꝛ corporalia.omnia autem ista expressit iob ad ostendendum q deus cognoscit perfecte omnia que sunt in homine quantumcunq intima.ideo subdit: t Licet hec celes in corde tuo.dicitur autem deus celare in corde suo ea que pertinent ad hominẽ quãdo nõ ostendit erga eum beneficia exteriora:dimittendo eum in afflictione magna. v Scio tamen quia vniuersorum memineris.ꝛ sic non ex ignorantia:ꝫ ex parte tua procedit q me affligis. x Si peccaui ꝛc. Hic ꝯñr inquirit iob causam afflictionis sue absq supposito ne sue innocentie dicens:Si peccaui.i.dato q peccauerim in iuuentute mea. y Et ad horã pe.mihi.s. statim nõ puniendo:qꝛ iob a iuuentute nõ fuit afflictus a deo.

Cur ab

erit eterne dãnatiõis. Qꝛ si conat resistere iustus:q̃ tñ labore ꝛ ꝑpetua afflictiõe pressus caput leuare nõ sinit:sed sic liberabitur ꝑ has impugnatiões deus suis reseruat:ne securi supbiãt:sed pulsati in solo auxilio dei spem fortius figant. Et h̃ est. a Propter supbiã q̃si le. Leena dũ catulis escã inhiant querit:in foueã cadit. Dicit eñi in itinere eius fouea fieri angusta ꝛ alta:in qua pecus deponit:vt huc leena se ꝓijcere ꝓuocet vñ saliendo nequeat exire. Coheret q̃ꝫ altera fouea in qua est cauea: vt cũ desup leena vaget: volens se occultare caueã intret: in qua clausa iam nõ timet:sed circũsepta vectibus leuat. Sic mens hoĩs i libertate cõdita:dũ carnis desideria nutrire voluit: in foueã deceptionis ꝑ vetito cibo cecidit.vbi caueã.i.carcerẽ corruptiõis ptulit:ꝑ grãm aũt reuocata ad veniã:carcere ꝑ stringit:ne ꝑ desideria vagetur. Liber q̃ homo sponte cecidit:sed reductus sub disciplina melius clausus viuit. Sic etiã q̃tidie dũ aliq̃s de virtutibus ꝓsumit: mira dispẽsatio parat ei aliq̃d q̃ delectatus corruat: vñ ꝑ se nõ exit: sed cognita infirmitate:q̃si vinctũ deus educit. Propter supbiã q̃ se de virtutibus extulit:lapsus in hũilitate ligat. A supbo auertit deus:ꝛ recedit cõpunctio sũmi amoris: qꝛ nec sua dãna sentit:sed reuersus deus ꝑ grãm ꝑcruciat:qꝛ visitat hõ ꝓficiens plorat q̃ letus ꝑibat:mirabiliter nõ penaliter:qꝛ ꝑ fletuꝫ ad alta mens leuatur:et gaudet sic affligi:qꝛ ꝓficit. Si aũt a sancto desiderio torpemus exẽpla bñ vigilantiũ ꝓponit. Et h̃ est. b Instauras testes tuos. Testes dei sunt q̃ ꝑ opa testãt q̃ ꝑmia sunt secutura. Hi sũt ꝯtra nos: cũ vita eorũ arguit nr̃am prauitatẽ:ꝛ ꝓbat qđ ipi fecerũt a nob posse fieri: visis bonis testiũ:nos dissiles apli dãnari timemus. Et h̃ est. c Multiplicas irã tuã. id est multiplicẽ ondis:qꝛ ꝛ si ille bonos flagellat:q̃d erit impijs? Sic multiplici ira ꝑulsa:hõ ad se redit: et praua punit. Et h̃ est. d Et pene militãt i me. Quare de vulua. Idẽ qđ supra. Quare nõ in vulua mortuus sum? e Fuissem q̃si nõ essem de vte.ꝛc. Idẽ qđ ibi dictũ est. Sicut abortiuũ abscõditũ ꝛc.vel q̃ cõcepti nõ viderũt lumẽ. f Nunq̃d nõ pau. Nõ capiat delectatio pñtis vite: qꝛ cito trãsit. g Dimitte. Id est flagella:tempera:vt possim estimare mala que patior:ꝛ flete:qꝛ nimietas dolorũ aliq̃n grauat animam ne hoc possit:ꝛ fit meror sine merore. Vel sepe homo nescit quantum sit onus sui peccati:vl si nouit ꝛ damnat desiderio carnis ꝛ consuetudine mali impeditus nequit digne flere:nisi deus dimittat:ꝛ solutũ excitet in lachrymas: qđ maxime facit ꝑuisio inferni.vnde ait: h Anteq̃ vadam. Infernus terra dicitur: quia ibi captiui tenentur. Anteq̃ vadam. Non q qui plangit:vadat: sed q vadat qui non plangit.vt si dicam debitori:solue priusq̃ te constringam. i Non reuertar.qꝛ damnatos vltra misericordia non liberat. k Miserie ꝛ tenebrarũ. Quia foris dolor cruciat:quos cecitas mentis intus obscurat:vel ibi nemo vltra ad lucem redit sicut in ista:vbi ꝛ si sit miseria:ꝑ conuersioneꝫ licet reuerti ad lucem. l Umbra mortis. Mors est separatio a deo. Umbra obscuritas eius:quia ignis penalis cremationeꝫ habet ꝛ nõ lucem vt in vtroq puniatur qui in vtroq peccauerunt. m Nullus ordo. Non q deus nõ ordinet tormenta ꝓm ordinem singulorum:quia et si vna gehenna non omnes vno modo sentient:sicut nec modo homines calorem solis. Sed in mente damnatorum per premissam vmbram cecitatis magna erit confusio:que intus eos cruciet sicut flamma foris. Vel ordo nõ erit: quia in supplicijs propria qualitas rerum non seruatur. vnde et addit. n Sempiternus horror inhabitans. Hic timor est futuri mali.quod cum iam patitur aliquis: timor abijt. Ibi et in ipsis tormẽtis timor cruciat.hic flãma q̃ vrit illumiat: ibi vrit et obscurat. Ecce q̃ grauis cruciatus vbi tormẽta a suis q̃litatibus discordãt:sic viuẽtes voluntate dei discrepabant. Ideo autem ibi

timor ꝑmanet.

a si culpã venia abstulit:cur hanc et a memoria non abstergit.
cũr ab iniq̃tate mea mũdũ me eẽ a†
a et cum nõ mundus vel impius ero vel miser in laboribus certaminis.
non pateris? Et si ipius fuero ve b+ c
mihi est:ꝛ si iustus nõ leuabo ca/ d† e
a captus est homo:qꝛ inde nũc carcere tenetur vnde audacter est transgressus.
put saturatus afflictiõe ꝛ miseria. f
et hoc fit ne superbiã.
a Et ꝓpter supbiã q̃si leenã capies g†
a qꝛ a superbo discedis.
me:reuersusq mirabilit me cruci h+
a q si ad horã sũ piger. b visis testiũ bonis timet ira:vñ ꝛ cõpatiõe eorum displicẽtia punio mala.
b as. Instauras testes tuos cõtra i
c me:ꝛ multiplicas irã tuã aduersum k
ergo
d me:ꝛ pene militãt i me. Quare de l+ m
eadem supra alijs verbis.
vulua eduxisti me? Qui vtinam n
ꝯsumptus essem:ne oculus me vide/ o
e ret. Fuissem q̃si nõ essem de vtero p
quia.
f translatus ad tumulũ. Nunq̃d non q†
paucitas dierũ meorũ finiet bre/
g ui? Dimitte q̃ me vt plagã paulu r†
h i lũ dolorẽ meũ:anteq̃ vadã ꝛ nõ re s† t
uertar ad trã tenebrosaꝫ:ꝛ optaꝫ v x
a eterne vt nunq̃ dei lucem videant.
k mortis caligine. Terraꝫ miserie et y
l m tenebrarũ:vbi vmbra mortis ꝛ nul z a
n lus ordo:sed sempiternus horror b
inhabitans.

Qñ erũpebat.q.de.v.p. Uulua praue cogitationis adolescẽtia ẽ: de q̃ dicit: Sensus ⁊ cogitatio humani cordis prona Gen.8.d ẽ in malũ ab adolescẽtia sua. Solus aũt dñs hostijs mare cõcludit: qr prauis motib⁹ cordis claustra inspirate formidinis obijcit. Cum ponerẽ nu.v.e. Tumultuosũ cogitationibus cor nostrũ nube vestitur: qr ne in eternam quietẽ pure conspiciat: inquietudinis sue cõfusione tenebratur. Et caligine il.q.p.in. ob. Quia a contẽplãdis sublimibus adhuc teneris sensibus sue infirmitatis ligat. Circũdedi illud.t.m. Terminis suis dñs h̃ mare circũdat: qr cor nostrum adhuc corruptionis sue molestia ⁊ cura turbulentũ sub mensura contẽplationis humiliat: vt licet plus appetat: vltra tamẽ q̃ sibi cõceditur non ascendat. Uel qr illicitos motus cordis respicit ⁊ in q̃busdaz eos a ꝯsensu phibet: in q̃busdã etiã a delectatione restringit. nimirũ furẽti mari termĩos imponit. vt nequaq̃ in opere exeat: sed intra sinum mentis tẽptationũ submurmurans se vnda collidat. Posui etiaz ve.⁊ ho. Per hostia virtutes: per vectem robur charitatis accipim⁹. Hec itaq̃ hostia scz virtutes mare seuiens dissipat: nisi ea ex occulto mentis opposita charitas astringat. Hucusq̃ venies ⁊ non p. Quia dũ electus quisq̃: ⁊ temptat vitijs: ⁊ tamẽ facere mala suggesta renitit: quasi mare clausum tenet. Qd̃ ⁊ si intus tumultuosis cogitationũ fluctib⁹ mẽtẽ pmit. statuta tamẽ bene viuẽdi litora nõ excedit. a Nũq̃d post Allego. ortũ tuũ pce.di. Alle. Subaudis vt ego: ort⁹ diuinitat' christi añ ⁊ post non habet: ortus vero humanitatis habet: p hũc ortũ locũ suũ aurora cognouit: qr cognouit eũ diluculũ. Uel aurora a tenebris in lucẽ vertit diluculi. Uel aurore nomine eccl'ia designat. Uel qr aurora noctẽ q̃dem pterisse nunciat. nec tñ diei claritatẽ integrã ostẽtat: qr ⁊ q̃dam iam q̃ luc' sũt agim⁹: ⁊ tñ in q̃busdã adhuc tenebrarũ reliquijs nõ carem⁹. b Et ostẽdisti au.lo.suũ. Loc⁹ aurore est pfecta claritas visionis ĩterne. Locũ suũ aurora cõsiderat: qñ sancta eccl'ia ad ꝯtẽplãdã ꝯditoris speciẽ flagrat. Bene autẽ post ortũ locum ppriũ aurore ostẽdisse se phibet: qr future retributiõis beatitudinẽ priusq̃ ipe p corp⁹ ĩnotesceret: ĩ paucoꝫ mẽte ꝯtinuit. c Nũq̃d tenuisti ⁊c. Extrema terre dñs tenuit: qr in fine seculoꝫ ad destitutã iã ⁊ alienigenis regib⁹ subditã synagogã venit. Atq̃ ex illa implos excussit: qr fidei pdicamẽta renuẽtes: etiã a carnalis sacrificij glia repulit. Uel extrema terre tenuit: qr legis doctores deserẽs ⁊ excutiẽs.i. fortiter damnãs piscatores sũpsit. Recte autẽ extrema terre cõcussit ⁊ tenuit: qr cum infirma corda humiliũ pio timore terruit: neq̃ ea districto iudicio dereliquit: ⁊ qr extrema iudee in aplis tenuit: ex ea ipios excutit: qr scribas ⁊ phariseos ĩpietat' suemerito exigẽte reprobauit. Uñ adhuc sequit: d Restituet vt lutũ sig. Dñs plebẽ israeliticã lutũ reperit: quã obsequijs gẽtiliuz deditã ĩegypto seruiẽtẽ laterib⁹ iuenit: quaz dũ cognitionis sue scia ipleuit dũ ĩ pphia clausũ ꝯtinuit: q̃cq̃d de se veritas ĩ fine reuelauit: q̃d aliud q̃ seruandi mysterij signaculũ fecit. Sz dũ post diuia secreta pl⁹ terrã q̃ veritatẽ dilexit: ad lutuz egypti redijt. Lutũ se post signaculũ ĩ oculis ꝯitat' exhibuit: cũ p impietatis maliciã accepti verbi mysteria pdidit ⁊ terrena sapere elegit. e Et stabit ⁊c. Grossiora vestimẽta cũ induta fuerint: qr induẽt' mẽbris hñ applicata nõ inherẽt stare referũt. Judea igit circa noticiam veritatis stetit: qr seruire se dño oñdit: sed adherere ei p charitat' itelligẽtiã noluit. Ubi apte subdit: f Auferet ab impijs ⁊c. Quia dũ credere veritatẽ renuũt: cognitionẽ leg' ĩ ppetuũ amittũt. Scriptũ ẽ enĩ Esa.6.c Exceca cor ppl'i hui⁹: ⁊ aures eoꝫ aggraua. Et qr de opib⁹ legis se extulerũt. subdit: g Et brach ⁊c. Excelsũ brachiũ cõterit qñ pdicata fidei grã: supbia legis opatio reprobat. post sunt ⁊ aliter hec oĩa dici vt sequit: Cõcutiens extrema ⁊c. Allego. Allego. res ꝯcussa huc ⁊ illuc agit: sic iudea fuit per alios dicẽs qr bon⁹ p alios ñ: h̃ seducit turbas. Ul' terra ẽ eccl'ia cui⁹ extrema dñs sub antixpo ꝯcutit: ⁊ tñ tenẽs nõ deserit: a q̃ tũc ipij cadẽt q̃ specie ten⁹ intus sũt: ⁊ q̃ signaculũ sũt: dũ fideles vident ad lutũ qd̃ añ fuerũt redeũt. Et stabũt: id ẽ in malo ꝯsistẽt. Sicut vest'.i.breui tpe: qr cito veterascũt. Ul' stare

a etiã tu. b p incarnationẽ electos illumĩat
a Nũq̃d post ortũ tuũ precepisti
a futurũ in q̃ erit pfectio.
b diluculo: ⁊ oñdisti aurore locuz
a reprobos damnat.
c suum: Nunq̃d tenuisti cõcutiẽs
extrema tre: ⁊ excussisti ipios ex
fecerat d luto signaculũ: nũc ecõuersio.r.v.l.s.
d ea: Restituet vt lutũ signaculũ:
e ⁊ stabit sic vestimentũ. Auferet
g ab ipijs lux sua: et brachiũ excel
a als cõfriget. h vt ego ppt hoiez retrahẽdũ
h sũ cõteret. Nunq̃d ingressus es
in infernum. a hec sunt pfunda maris.
i pfundum maris: ⁊ ĩ nouissimis
a ad singula loca electoꝫ.
k abyssi deambulasti: Nũq̃d apte

vt vestis dr̃: vt nõ possit stare mõstret: qr vestis induta p corp⁹ tensa videt: exuta cõplicat: ita q̃ in eccl'ia stat: exut⁹ iacet abiectus: hec aũt obscura iã aperit dũ dicit: Auferet lux ⁊c. id ẽ simulata vel vera fides quam male viuendo tenuerãt. ⁊ tunc: Brachiũ.eius.i. antichrist⁹ ipe ꝯteret. Uel hoĩes saltẽ in extremis timore ꝯcutit. ⁊ ꝯuersos tenet ⁊ ipios mot⁹ ab eis excutit: ⁊ culpe vindicta mors comitat: in q̃ homo q̃ erat signaculũ ⁊ imago dei lutũ fit. Et hoc lutũ vsq̃ ad resurrectionem pdurabit vt vestis exuta ⁊ inanis a spiritu. H̃ pena specialis ẽ supbie: h̃ qr cõis ideo ppriũ ei⁹ addit: Lux tollit.i. glia vite ⁊ celsitudo cordis ꝯterit: h̃ in morte iustis ẽ lux. h Nũq̃d ingres.es. Ac si diceret. At ego q̃ ñ solũ mare.i. seculũ p assũptã carnẽ ⁊ aĩaz petij: h̃ etiã p eã spõte ĩ morte positã vsq̃ ad vltimũ inferni. q̃si ad maris pfundũ descẽdi. i Et ĩ nouis.ab.de. Sicut aq̃ꝫ abyssus nulla nr̃a visione cõphẽdit: ita occulta inferni nulla a nobis cognitiõis sensu penetrãt. In nouissimis q̃ abyssi dño deambulare: ẽ in loco sue dãnationis nll sue retẽtionis inuenire. Deambulare q̃ppe ẽ nõ ꝯstricti sed liberi. k Nunq̃d apte ⁊c. Porte mortis potestates sũt aduerse: q̃s descẽdẽs dñs aperuit: qr coꝫ fortitudinẽ moriẽdo superauit: q̃ appellatiõe alia tenebrosa hostia vocãt: qr dũ p occupatiõis sue tenebras nõ videt: deceptis mẽtib⁹ viaz mortis aperiunt: q̃ tenebrosa hostia dñs videt: qr ĩmundoꝫ spirituuz fraudulẽtã maliciã ⁊ respicit ⁊ pmit: ⁊ nos videre facit vt caueamus. Uel tenebrosa hostia dñs videt: cum claustra inferni penetrans crudeles spũs pculit. Mora. Uel in pfundũ.i. corda prauoꝫ etiã desperatissimoꝫ de⁹ intrat ⁊ cõpũgit. ⁊ vitia q̃si fluct⁹ calcat: vñ ꝯfessio nascit: ⁊ porte.i. cogitationes praue dño aperiunt: ⁊ sic ĩtrat: ⁊ hostia.i. latẽtia mala q̃b⁹ destruct' virt⁹ dilatat pus angustos q̃ latẽdo cõsiderãda ẽ: qr aduersis pssa latet: h̃ de⁹ videt. Ul' ꝯsidera q̃ lati sunt iusti: ⁊ desine de te gl'iari: h̃ ad id qd̃ dictũ ẽ supra ĩ alia sñia reuertamur: ⁊ dicamus: qr iõo h̃ addit: qr post mortẽ ⁊ resurrectiõez ei⁹ eccl'ia creuit. Uñ ait: Moralit

Nũquid

Nico.de lyra

a Nunq̃d post. Hic consequenter ostendit ĩmensitas diuine sapientie ⁊ potestatis in aere. cum dicitur: Nunquid post ortũ tuum precepisti diluculo: vt appareret sic ordinate in aere fm dispositionẽ tuam. b Et ostendisti aurore locum suũ: vt sic appareat in diuersis locis fm varium ortũ solis in estate ⁊ hyeme ⁊ temporibus medijs. Dicitur autem diluculum principiũ diei quando primo incipit lux solis apparere. Aurora vo quã do lux solis procedẽs irradiat vapores existentes in aere in orientali parte. omnia ista premissa sunt ad ostendendũ insufficientiam ipius iob ad comprehensionem diuinorum operum. et per cõsequens q non sit idoneus ad disputandũ cum deo. c Nunquid tenuisti. Hic cõsequenter ostenditur ĩmensitas diuine sapientie ⁊ potestatis in quibusdam effectibus diuinis in elementis. ⁊ primo in terra dicens: Nunquid tenuisti concutiens extrema terre: id est faciẽs terremotum tua virtute in quo cõcutiuntur exteriores partes terre. d Et excussisti impios ex ea. quia aliquando terremotus fit a deo ad punitionem impiorum. e Restituetur vt lutum signaculum. lutum enĩ diuisum cito reunit. sic si aliquãdo per terremotũ fit aliqua scissura. cessante terremotu recluditur. f Et stabit sicut vestimentuz. quod stat in integritate sua postq̃ est excussũ: sic ⁊ terra post talem cõcussionem per terremotũ. g Auferetur ab impijs lux sua. quia aliquãdo pereũt in terremotu: vt pdictuz est. h Et brachium excelsum cõfringetur: id ẽ potestas suporum qui aliquãdo in terremotu opprimuntur. i Nũquid ingressus ẽ pfundum. Hic ostendit ppositum in effectibus qui fiunt in aquis. cum dicit: Nũquid ingressus es profundum maris: ad videndum ea que ibi latitant. k Et in nouissimis abyssi deambulasti: id est in remotissimis partibus oceani vbi nullus vnq̃ nauigauit. l Nunquid aperte sunt tibi porte mortis: id ẽ inferni: qui a sãctis describũtur esse sub aquis in inferioribus terre.

l Et ostia

a Nūqd ꝯsi.la.ter. Dū enī dn̄s angustias mort' petijt: fidē suā in gētib⁹ dilatauit. Ac si diceret: Perpēde qđ ꝑtuli: ⁊ pensa qđ emi. Ne cōquereris de verbere: dū nescis que tibi p̄mia maneāt in retributiōe. Indica mihi si no. Justicia lucis noīe: iniq̄tas ꝑ tenebras designat̄. Et est sensus: Si plenam scientiā te habere suspicaris: dic cuius mentē veniens impleat.

b Et tenebraꝝ ⁊c̄. i. iniq̄tas in q̄ ceca ꝑdurat.

c Ut ducas vnūqđq; ⁊c̄. i. vt diiudices si vl' is q̄ nūc iniqu⁹ cernit̄ in iniq̄tate vitā finiat: vel is q̄ iustus cernit̄ extremitatē vite sue cum iusticie ꝑfectione cōcludat. d Et itelligas se. ⁊c̄. Id est discernas cui bona actio ꝑseuerās. eternā mãsionē p̄stet in regno: vl' quē vsq; ad suū terminū: sua actio constringēs: i eternū dānet suppliciū. Dom⁹ q̄ppe ꝑ mãsione ponit̄. Semita ꝑ actiōe q̄ ad domū ducit. De tā valida autē q̄stione req̄rit̄ q̄ ab hostib⁹ oīno ignorat̄. Ut alioꝝ finē cognoscere nō valēs: idem de suo sentiat. e Sciebas tūc ⁊c̄. Ac si diceret apte. Quid mirū si terminū nō itelligis q̄ nec initiū cōp̄hendis. Uel sciebas. s. vt ego: q̄ me nasciturū noui: q2 ⁊ añ erā vt de⁹: sed q2 hō tūc eē incipit cū i vētre nascit̄: se nasciturū nescit. Cur ḡ hō de flagellis q̄rit̄: si q̄ p̄scinit ad ea nat⁹ est? f Nūqd ingressus es. In niue vel grādine frigida ac dura itelligēda sunt corda prauoꝝ q̄ dn̄s p̄parauit in tp̄s hostis. i. diē pugne ⁊ belli: vt cū aduersari⁹ nr̄ diabol⁹ tēptare nitit̄: eoꝝ morib⁹ q̄si suis ꝯ nos armis vtat̄: vel q2 dn̄s multos electos intra prauoꝝ vitā nouit repositos: q2 de talib⁹ sanctos facit: in niue vel grandine thesauros habere se ꝑhibet. Ac si dicēt: Nulli te de opib⁹ p̄feras: q2 de his q̄s itueris: adhuc ꝑ culpā frigidos: q̄tos operatores iusticie ⁊ defēsores recte fidei sim factur⁹ ignoras. qđ q2 ꝑ aduentū mediatoris agit̄. Sequit̄: g Per quā viā ⁊c̄. Ipse ē via q̄ ait: Ego sū via: ꝑ hāc viā spargit̄ lux: q2 per ei⁹ p̄sentiā gentilitas illustrat̄. Spargit̄ aūt dixit: q2 nō angustata ḡ late fulgens lux p̄dicatiōis emicuit. h Diuidit̄ est⁹ ⁊c̄. Sparsa luce est⁹ diuidit̄: dū dona spūs dispariliter quib⁹ accēdāt̄ singuli accipiūt. vel postq̄ lux spargi d̄r: diuidit̄ est⁹ sup terrā: q2 cū lux p̄dicatiōis iclaruit: mox a ꝑfidoꝝ cordibus ardor ꝑsecutiōis exarsit vbiq; sparsus. Uel iusticia ē lux: qđ spargit̄ nō ē ꝯtinuū: ita i hac vita lux dū hec scim⁹ ḡ nescim⁹. S3 dic q̄ via. i. q̄ ordine iusticiā i cordib⁹ infūdo: cū mō hac: mō illa x̄tute ipleo: nescis spūs vñ veniat vel q̄ vadat. Cōtra lucem mox est⁹ tēptationis surgit q̄ diuidit̄: q2 ali⁹ h: ali⁹ illo vitio tēptat̄ sibi vicino. i Quis dedit ve. ⁊c̄. Diuiso estu: cursū vehemētissimo imbri dedisse ē int̄ ꝑsecutiōis angustias p̄dicatiōis impetū roborasse. Hic imber ē aliq̄n: ḡ cursū nō habet: q2 p̄dicatio ad aures venit: ḡ cessante iterna gr̄a: ad corda audiētiu3 nō ꝑtrāsit. k Et viā so. Per tonitruū p̄dicatio supni terroris accipit̄: quē dū ꝑcipiūt humana corda quatiūt̄. Tonitru⁹ etiā d̄r xp̄s: qui ex patrū cōueniēte ꝓblatione q̄si cōcursione nubiū nobis ꝓlatus est: q̄ terribiliter insonuit. vnde ⁊ apostoli filij tonitrui vocati sunt. l Ut plueret sup terrā. Diuiso estu: deserta absq; hoīe terra compluit̄: quia dispersa in iudee regionib⁹: ꝑsecutiōe fidelium derelicta dudū ⁊ q̄si ab infusione rōnis aliena: p̄dicationis guttis gentilitas irrorat̄. In qua legislator nō fuit: ⁊ q̄ rationabiliter deū q̄reret nō fuit: q̄si homo nullus fuit. Desolata vocata ē: vel rōne cōsilij: vel fructu boni operis: dedit vehemētissimo imbri cursum: ⁊ viam sonantis tonitrui: vt in deserto plueret ⁊ impleret inuiam ⁊ desolatā: ⁊ ꝓduceret herbas virētes; id est exteriori p̄dicationi interna aspiratione cōtulit: vt corda gentiliū arescentia virescerēt: clausa patefierēt: inania complerent̄: in fecūda germinarent. Uel quisq; qui aure non corde verbū dei accipit: terra deserta ē que non habet hominē: id est sensū rōnis: vel si aliquãdo ē: non ibi cōmoratur: sed ⁊ tales compungit deus ⁊ implet: ⁊ illi fructum reddunt. Hoc loco autem herbas virentes sancte doctrine scientiā: vel cōgruas operationes accipim⁹. m Quis est pluuie pater ⁊c̄. Pater pluuie domin⁹ dicit̄: quia superna p̄dicatio non de nostro merito sed de eius gratia generat̄. stille sūt p̄dicatores: quãdo enī p̄dicatione tēperant infirmis quasi rorem tenerum aspergunt. Quãdo vero ea que de sup̄nis sentiunt virtute qua p̄ualent loquūtur quasi vbertim manantē pluuiā fundūt. n De cuius vtero egressa est glacies. Dicto qua gratia vocata est gētilitas. subdit: qua districtione iudea repulsa est: quia si est misericordia: est ⁊ iudiciū. In gelu enī ⁊ glacie: torpore ꝑfidie cōstricta accipimus corda iudeorū: qui veniente domino feruorem fidei ⁊ charitatis amiserunt: ⁊ a secreto gratie sinu ꝓiecti quasi glacies de vtero creatoris egressi sunt.

Joh.14.a — Mar.3.c

sunt tibi porte mortis: ⁊ ostia te-
a nebrosa vidisti? Nunqd cōside- b+
rasti latitudinē t̄re? Indica mi- c+
hi si nosti oīa in q̄ via lux habi- d
b c tet: ⁊ tenebraꝝ quis locus sit: vt e
ducas vnūqđq; ad termios su-
d os: ⁊ itelligas semitas dom⁹ ei⁹.
[a non debet extolli q̄ nescit quō huc venit: vel quomodo vel q̄ñ exibit.]
e Sciebas tunc q̄ nascitur⁹ esses: f+
⁊ numerū dierū tuoꝝ noueras? g
[a de malis fiunt nix. i. candidi: et grādo hostē feriens: ⁊ ideo nulli te p̄feras.]
f Nunqd ingressus es thesauros b+
[frigoris — duriciam]
niuis aut thesauros grandis aspexisti: que p̄paraui i tempus i
[vl' hostijs — a vt ꝑ ea nos ipugnet ⁊ purget.]
g hostis: i diē pugne ⁊ belli? Per k
h quā viā spargitur lux: diuidit̄ l+
[nisi ego.]
i estus super terram. Quis dedit m+
[a quāto crescit ꝑsecutio tanto ⁊ p̄dicatio. b vehemētissimus est q̄ facit oia que hic sunt sperni: eterna diligi.]
k vehemētissimo imbri cursum: et
[a vt cor pūgat. b darius ē. c vt facit imber ⁊ tonitru⁹.]
l viām sonāt' tonitrui: vt plueret n o+
[a que est.]
super terram absq; hoīe in deserto p
to vbi null⁹ mortaliu3 cōmorat̄:
[a inuia gentilitas fuit ad quā via dei x̄bo non patuit.]
vt impleret inuiā ⁊ desolata3: et q+
[a adhuc gr̄a dei altri⁹ cōmedat̄.]
m ꝓduceret herbas virētes? Quis r+
ē pluuie pater: vl' q̄s genuit stil-
[a qui in tenebris hui⁹ vite nos infundit.]
n las rōris? De cui⁹ vtero egressa s+

a Et ostia tenebrosa vidisti. idem notat̄ ꝑ tenebrosa ostia: qđ ꝑ portas mort'. b Nūqd ꝯsi. lati. terre. q̄ ḡm astrologos accipit̄ ab austro in aq̄lonē: vbi nullus vnq̄ hoīm potuit trāsire ab vno termio i aliū: q2 ꝯona torrida itermedia est imꝑtransibilis ꝓpt̄ excessum caloris. c Indica mihi. Hic ōndit̄ ꝓpositū in effectib⁹ q̄ fiūt in aere: iter q̄s p̄imū locū tenet diffusio lucis de die ⁊ tenebraꝝ de nocte: ⁊ q̄tu3 ad h d̄r: Indica mihi si nosti oīa. q̄si diceret: tu videris h sentire in eo q̄ voluisti cū deo disputare. d In q̄ via lux ha. id ē naturā ⁊ ꝓcessū ipius. e Ut ducas vnumquodq; ad terminos su. oīa enī inferiora per effectū lucis solis ⁊ stellarū generant̄. ⁊ ꝑ subtractionē eius qđ fit in tenebris corrūpunt̄. ⁊ sic ad suos termios deducūtur. f Sciebas tūc q̄ nascitur⁹ esses. q̄si diceret: nō. q2 cognoscere p̄supponit esse. g Et numeꝝ dierū tuoꝝ noueras. qui nō pōt sciri determinate ab aliquo homine: nisi ex diuina reuelatiōe: cū nihil incertius sit mortis tp̄e. Cōsequēter ꝓcedit ad effectus q̄ sunt in medio interstitio aeris. dicens: h Nunqd ingressus es thesauros niuis. thesauri niuis dicunt̄ exalationes humide ex quarū cōgregatione generant̄ niues ⁊ etiam grandines: quãdo cōgelant̄ frigore. i Que p̄paraui in tempus hostis: id ē ad punitionē hostiu3 in bellis. ḡ modo fuit debellat⁹ cisara cū exercitu suo: vt habetur Judicū. iiij. ct philistei orãte samuele. vt habet̄. j. Regu3. vij. ⁊ quia post tempestatem sequitur serenitas. Ideo subditur: k Per quā viā spargit̄ lux. q̄tū ad sui claritatē in aere. l Diuidit̄ est⁹ sup terram. q2 ad diffusionē lucis sequit̄ intentio caloris. Cōsequēter ꝓcedit ad effect⁹ ventoꝝ quib⁹ impellūtur nubes ⁊ pluuie dicēs: m Quis dedit vehemētissimo imbri cursū suum. hoc habet ex impetu vēti eū ꝓpellētis: s3 impet⁹ venti vlteri⁹ reducit̄ in dispositionē diuinā: q̄ nō est ad plenum inuestigabilis a nobis. n Et viā sonāt' tonitrui. ⁊ dicit viā: q2 sonit⁹ tonitrui non ē sicut rei ꝑmanētis in vno loco: s3 transeuntis de loco ad locū. cuius causa finalis subdit̄. cum dicit̄: o Ut plueret. q2 pluuia cōmuniter sequit̄ tonitruū. p Sup terrā absq; hoīe: id ē que non colitur ab aliquo hoīe: vt sic animalia siluestria haberent herbā ad comedendū. Ideo subdit̄: q Et ꝓduceret herbas virentes: et q2 fecerat mentionē de vtilitate pluuie. ideo subdit̄ d' causa effectiua ipi⁹ dicens: r Quis ē pluuie pr̄: vel q̄s genuit stillas roris. ros aūt ⁊ pluuia differūt tm̄ ḡm paucitatē ⁊ multitudinē materie. ct ꝑ ꝯn̄s eadē est causa effectiua differēs ḡm mai⁹ ⁊ minus. s De cui⁹ vtero egressa ⁊c̄. i. q̄ ē causa materialis ipi⁹. ⁊ loq̄t̄ ad si'itudinē aialiu3

Et gelu — in q̄ꝝ

a Et gelu de celo q̄s. Quia iudeos q̄s naturalit̄ bonos condidit: iusto iudicio ꝑ eoꝝ maliciā frigidos a se exire ꝑmisit. Celū antiq̄ fuerūt patres de q̄ꝝ ꝓgenie hi frigidi ꝓcesserunt: q̄s de⁹ genuisse d̄r: q2 cū bonos cōdidisset: iuste eos ꝓpter maliciā a se exire ꝑmisit. Uel glacies ⁊ gelu ē sathan: q̄ de calore secretoꝝ dei malicia frigidus exiuit: ipe gelu de celo ē cōditus q̄ in celestib⁹ cōditus a summis ad ima cecidit: frigore corda sequaciū ꝯstrictur⁹: q̄ aq̄. i. ap̄los i sui si'itudinē q̄ lapis ē durat: cui⁹ consilia frauduléta a seductis nequeunt cognosci: ⁊ h ē: ⁊ supficies aliud extra paret: aliud itus latet. bona ē ꝑsuasionis ei⁹ species: quasi solida desup glacies: sed ꝓfunda malicia subtus est. b In si'itudinē ⁊c̄. Aquas ꝑ lr̄s: lapidis noīe gentiles accipim⁹. Et est sensus: Illa mollia et penetrabilia fidei corda iudeorū i insensibilitatē vertūt̄ gentiū. S3 q2 ex occulto dei iudicio fiunt. Seq̄tur: c Et supficies abyssi cō. Quia suꝑlecto quodā ignorãtie nr̄e velamie incōp̄hensibilitas diuini iudicij humane mētis oculo nullaten⁹ penetrat̄.

a ē glacies: ⁊ gelu de celo quis de- a
[a dū gētes molescūt: iudei durescūt: qđ occulto agit̄ iudicio. vñ ap̄ls: O altitudo ⁊c̄.]
b nuit? In similitudinē lapidis aq̄ b
c+ durāt̄: ⁊ supficies abyssi ꝯstringi c d
[vt ego]
d tur. Nūqd ꝯiūgere valeb mican e+
e tes stellas pliades: aut gyrū ar- f+
f cturi poter' dissipare? Nūqd ꝓ- g+
g ducis luciferꝝ i tp̄e suo: ⁊ vesperꝝ h i

supius dictū ē septē sūt: testamēti noui gr̄am tāto aperti⁹ indicant quāto cūcti liq̄do cernim⁹ q̄ ꝑ illā fideles suos spūs sanctus septiformis muner' lumie illustrat. Quaq; igit̄ arctur⁹ se vertat: pliades semꝑ ostēdit: q2 ꝑ oē qđ testamētū vet⁹ loq̄tur: testamēti noui opa nūciant̄. sub textu eni lr̄e tegit mysteriū ꝓphie. Redemptor aūt nr̄ in carne veniēs pliades iūxit: q2 opationes septiformis spūs simul in se ⁊ cūctas et manētes habuit. Null⁹ x̄o hoīm opationes sc̄tispūs oēs sil' habuit nisi solus dei mediator ⁊ hoīm cui⁹ est idem spūs q̄ de patre añ secula ꝓcessit. Dū vero pliades iungit: arcturi gyrū dissipat: q2 dū semetip̄m factu3 hoīm habere cūctas sc̄tispūs opatiōes innotuit: in testamēto veteri lr̄e laborē soluit: vt fideliter q̄sq; iā cū libertate spirit⁹ illud itelligat: cui p̄us i formidine inter tot discrimina fulebat. Audiat itaq; beat⁹ iob. Nūqd cō. va. ⁊c̄. Ac si apte diceret̄. Habere q̄dē lumina quarūdā virtutū potes: sed nūq̄ exercere simul oēs opatiōes sc̄tispūs sufficis. Aut etiā gyrū arcturi potes dissipare? Ac si diceret̄: Et si iā q̄ recta sunt sentis: nūq̄d virtute tua etiam in alienis cordib⁹ laborē grossioris itelligētie destruis? Me ita q; ꝯsidera q̄ carnaliū stulta eligo: dū me ꝑ carnis stulticiam manifesto: vt tāto magis hec que putas tuarū virtutū fortia humiles: quāto nec vestigia mee infirmitatis cōp̄rehēdis. f Nūquid ꝓducis luciferū ⁊c̄. Pater in tēpore suo luciferum ꝓduxit: quia cum venit plenitudo tp̄is misit filiū suum qui natus ex virgine velut lucifer inter tenebras nr̄e noctis apparuit: q2 fugata obscuritate peccati: eternū nob mane nūciauit. Mora. Quotidie electis lucifer oritur: ⁊ reprobis vesper: quia sermo dei credētibus lux: inuidentibus tenebre. g Et vesperꝝ sup fines terre cōsur. fa. Uesperū sup terre filios cōsurgere dn̄s facit: q2 infidelibus iudeorū cordib⁹ dominari antixp̄m eoꝝ merito exigente ꝑmittit. qui idcirco a dn̄o huic vespero iuste subdunt̄: q2 sua spōte filij terre esse volūt: terrena q̄ppe ⁊ nō celestia req̄rētes ac ꝑspicienda luciferi nostri claritate cecati sunt. Qđ q2 occultis iudicijs agit̄: q̄ i hac vita ab hominib⁹ cōp̄hendi non possunt. sequitur: — D — Moralit̄

Nūqd nosti

Moralit̄ n De cui⁹ vtero. Mora. Dū mēte hoīs de⁹ i suo timore format: cōcipit: dū ad aptas x̄tutes ꝓuehit: gignit: s3 si extollūtur: relinq̄t. ⁊ frigidi de vtero exeūt. i. a viscerib⁹ pietatis. hec egressio i iudicio: q2 modo tolerat eos in sinu ecclie vñ iob humiliari debet. Celū ē eloquiū dei. cui⁹ scientiā sepe dat de⁹: sed q̄ inde supbit in ip̄o eloquio cecat̄: ⁊ duratus ad ima corruit: ⁊ alios ꝯstringit: hos de⁹ gignit: nō q̄ culpā faciat: s3 q2 ab ea nō liberat: s3 q2 relicta vera imago virtutis tenetur: ꝑ laude hoīm aq̄ in si'itudinē lapidis durat̄. c+ Et supficies abyssi. Aq̄ ꝑ glacié in supficiē durescit: s3 intus fluida est: sic corda illoꝝ fluxa ꝑ hypocrisim se fortes ostendūt: imitatores fortium vel cōpluta terra (ne semē luxurie in herba) de vtero. i. secreto gelu id ē tēptatiōes ꝓducit: vt q̄ tardius ꝑ humilitatē fruct⁹ surgat vberi⁹: ⁊ cum in celo sit mens: solis eternis intenta frenat̄: gelu humane infirmitatis. si tñ has tēptatiōes opp̄imit: ⁊ se i q̄dā rigore vinēdi cōponit: ⁊ vt si int⁹ flux cogitationes lacescūt: ad ꝯsensū opis nō trahāt: s3 q̄da3 duricia p̄mātur: ⁊ abyssum cordis fluctuantē supduct⁹ rigor p̄mit: vel glacies et gelu p̄sent' vite aduersitas q̄ sanctos cōp̄rimit: vt valentiores sint in estate eterna: ⁊ q2 sola ꝓspera soluūt: aduersa solidant. Aque i si'itudinē lapidis durātur. i. infirm⁹ ꝑ tollerātiā passiones christi imitat̄: ⁊ q2 exteri⁹ pressus meli⁹ interna custodit: supficies abyssi ꝯstringit̄: id ē mens ad ꝯseruāda ꝓfunda dona aduersitatib⁹ munit̄: vt paulus ne in laudib⁹ difflueret: aduersa tolerās archana sua texit. d Nūqd ꝯiungere va. mi. Constat hoc nullū hoīm posse: sed tñ d' his iob interrogat̄: vt humilis ad deu3 refugiat: q̄ sol⁹ hoc posse ostendit̄. Pliades a pluralitate vocate sūt: q̄ ⁊ vicine sibi ⁊ diuise sunt: ꝑ q̄s que septē sūt: sanctos oēs denūciat: q̄ inter vite p̄sent' tenebras spiritu septiformis gr̄e nos lumine illustrāt: q̄ a mūdi origine vsq; ad ei⁹ terminū diuersis tp̄ib⁹ missi: q̄si disiuncti sunt: ⁊ ꝯiuncti ꝑ intētionē mētis: dū vnū p̄dicant. Ac si dicat: Nūqd coniungere valebis. m. st. p. sicut ego q̄ vn⁹ oia impleo ⁊ vnitatis sensu electoꝝ mētes ꝯiūgo. e Aut gyrū arcturi po. dis. In arcturo q̄ ꝑ gyrū suū nocturna spacia nō casurus illustrat: nequaq̄ ꝑticulatim edita vita sanctoꝝ: s3 tota simul ecclia designat̄: q̄ fatigatiōes q̄dē patit̄: nec tñ ad defectū ꝓprij stat⁹ inclinatur. Gyrū laborū tolerat: s3 ad occasū cū tp̄ib⁹ nō festinat: sed illa stāte noꝝ mundi finit̄. Hūc gyrū q̄ñq; dn̄s dissipat: q2 labores ecclie ad requiē ꝑmutat. tūc pliades plenius iūgit: q2 tūc sc̄ti oēs visionis sibi specie copulabūtur: q̄ñ in fine ecclia ab his q̄s nūc sustinet laborib⁹ soluit̄. Habem⁹ adhuc q̄ d' stellis pliadib⁹ atq; arcturo aliud sentiam⁹. Pliades quippe ab oriēte. arctur⁹ vero ex ꝑte aq̄lonis surgit. Quocūq; aūt se per gyrū arctur⁹ verterit: pliades ostēdit: ⁊ cū lux diei iā vicina efficit̄: stellaꝝ ei⁹ ordo distēdit̄. Pōt igit̄ ꝑ arcturū q̄ a plaga frigoris nascit̄ lex: ꝑ pliades vero que ab oriēte surgūt testamēti noui gr̄a designari: q̄si enī ab aquilone lex venerat: q̄ tāta subditos rigiditatis asperitate tenebat. Nā dū ꝑ culpis suis alios p̄cipet lapidib⁹ obrui: alios gladij morte mulctari: plaga torpens velut a sole charitatis aliena: p̄ceptoꝝ suoru3 semina pl⁹ p̄mebat ex frigore q̄ ex calore nutriebat. Nec mirū q̄ ꝑ arcturi septem stellas testamētū vetus exp̄imit̄: q2 ⁊ in veneratione legis dies septim⁹ extitit venerabilis: ⁊ ꝑ hebdomadaꝝ integrā ꝯstituti sacrificij vota tendebāt̄. Pliades x̄o q̄ sicut

Nico.de lyra

in q̄ꝝ generatiōe vter⁹ femie p̄parat materiā. a Et gelu de celo q̄s ge. i. q̄ ē causa ipi⁹ effectiua: q2 influx⁹ corpoꝝ celestiū ē causa effectiua oim istoꝝ. vt habet̄. j. methauroꝝ: vbi d̄r q̄ tota elemētaris regio ꝯtigua ē lationi astroꝝ vt oīs virt⁹ ei⁹ gubernat̄ inde. oia aūt p̄dicta h posita sūt ad ostēdēdū q̄ nō sūt inuestigabilia ad plenū naturali rōne. l3 enī ꝑhi de causa istoꝝ aliq̄ dixerūt in generali: tñ h fuit obscure ⁊ impfecte vt frequēter dictū ē. s. Ido subdit̄: b In sititudinē la. aq̄ du. nec vnq̄ fuit dictū ꝑfecte a q̄cunq; hoīe in speciali ⁊ declaratū. quō res tā mollis ⁊ fluida possit itātū solidari. ⁊ si aliq̄s esset q̄ nō vidisset nullo mō crederet dicēti: sicut ⁊ d' motu ferri sursū ad magnetē ꝯ naturā suā. ⁊ ideo q2 causa taliū determinata ignorat̄. d̄r q̄ habēt h a tota specie. i. a ꝓprietate ꝯnitē speciē: ḡ q̄ sit illa ꝓprietas determiate null⁹ dicit. c Et supfi. abyssi. i. oceani. d Cōstringit̄. q2 i ꝑtib⁹ aq̄lonarib⁹ q̄ sūt valde frigide supficies ei⁹ ꝓpe ripas aliq̄ñ cōgelat̄. e Nūquid cōiungere. Hic ꝯñter ostendit imensitas diuine sapie et potētie in corporib⁹ celestib⁹. in quibus vnum est mirabile q̄ stelle fixe habēt sitū ita determinatū ⁊ motum q̄ nūq̄ approꝑinquāt sibi ad inuicē magis vno tp̄e q̄ in alio: ⁊ q̄tū ad h d̄r: Nunqd ꝯiūgere valebis micātes stellas pliades. Circa qđ sciēdū q̄ pliades septē sūt stelle ad inuicē valde ꝓpinque. ⁊ a vulgarib⁹ hoīb⁹ vocat̄ gallina cū pullis suis. ⁊ q̄uis sint multū ꝓpinque i situ: nūq̄ tñ ꝯiūgūt̄. ⁊ adhuc min⁹ possūt cōiūgi alie stelle q̄ mag' distāt ab inuicē. f Aut gyrū ar. ⁊c̄. arctur⁹ ē q̄dā ꝯstellatio q̄ voluit̄ circa polū articū. ⁊ vocat̄ maior vrsa: cui⁹ circūit⁹ nō pōt ipediri nisi a solo deo. Aliud aūt mirabile i celo: ē i motib⁹ planetaꝝ: ⁊ maxie i motu vener'. q2 aliq̄ñ orit̄ añ solē q̄si deserta a sole: velociorē motū x̄sus oriētē habētē. ⁊ ḡm h vocat̄ hesper⁹ siue stella matutia siue lucifer. aliq̄ñ aūt orit̄ post solis occasū q̄si deserens ip̄m velocius mota x̄sus oriētē. ⁊ sic d̄r vesper⁹. ⁊ q̄tū ad h d̄r: g Nūqd ꝓdu. luciferꝝ. i. facies oriri stellā veneris. h In tp̄e suo. i. añ ortū solis tp̄e determiato. i Et vesperꝝ. i. eādē stellam.

 sup fines

a Nūqd nosti or. ꝛc. Ordinē celi nosse ē supernaꝝ dispositionū occultas pdestinationes videre. Rationē ei⁹ in terra ponere: ē aū humana corda talium secretorū causas apire. Et ē sensus: Cūcta q pater tanto tolerare patienti⁹ debes: quāto secretoꝝ celestiū ignar⁹: cur hec pater nescis. b Nūqd eleuabis in ne. ꝛc. Vocē suam in nebula dñs leuat qñ p pdicatoꝝ suoꝝ linguas ad caliginosa corda infideliū exhortatiōez format: cūcꝫ aquaꝝ impet⁹ opit: dū bñ agentia membra ei⁹ turba resistētiū populorum seuitia premit. Per semetipm in nebula vocē leuauit: qñ psecutorib⁹ multa figuris enigmatū velata pdicauit. Ad hanc eleuationē vocis eū impetus operuit: qꝛ ꝯtra illū moꝝ seuiens turba surrexit. Vñ nebula impleuit domum dñi. i. obscuritas: ꝛ ido sacerdotes nō possūt debitū ministerij peragere. c Nūquid mittes ful. ꝛc. Fulgura de nubibus exeūt: sic mira opa ex sanctis pdicatorib⁹ ostēdūt. Vadūt fulgura: cū pdicatores miraculis coruscant ꝛ supna reuerentia auditoꝝ corda transigunt. Vñ: Ad locū vñ exeūt flumina reuertunt vt iterum fluant: qꝛ facti a visu dei ppt nos exeūt: sꝫ moꝝ ad cōtēplationem recurrūt. Aliter enī pdicatio siccaret: qꝛ ibi sumūt qd ꝓpinant. Reuerentia vero dicūt: assum⁹ cū nō sibi sꝫ dei ꝟtutib⁹ tribuūt qcqd egisse se fortiter cognoscūt. Vel mittūtur ꝛ vadūt: cū a secreto ꝯtēplatiōis ad publicū opationis exeunt. Reuertunt et dicūt deo assumus: qꝛ post opa exteriora ad ꝯtēplationē recurrunt. d Quis posuit in viscerib⁹ ho. sa. Galli pdicatores sūt q inter tenebras psentis vite huius student venturā lucem pdicando qsi cātando nūciare. Ac si diceret: In cor homīs humana sapiētis: supne sapiētie grām qs infundit: vel ipis sanctis pdicatorib⁹: qs nisi ego ītelligentiā dedit: vt sciāt qñ vel qbus debeāt vētuꝝ mane nūciare. e Quis enarra. ce. ra. Sicut ītelligētie ita ꝛ locutiōis auctor ē de⁹: q cū se p speciē oñderet: cessabat. vel mō narrat ce. ra. dū supna secreta elect insinuat. f Et ꝯcētū celi ꝛc. i. hymnos ꝛ gaudia angeloꝝ a reprobis abscondit. qd tñ lati⁹ īnotuit cum xps apparēs ꝛ indignos assūpsit ꝛ eos q digni videbant exclusit. vñ qñ puluis. i. peccatores ī terra. i. ecclesia solidati sūt. ꝛ glebe. i. infusione spūs vniti sunt charitate. vel glebe ꝑm diuersa merita. vt ꝟgines: cōiuges ꝛc. Hec aūt ecclia spret iudeis gētes rapit: nō suis ꝑ virib⁹ dei.

3.Reg.8.b

Eccs.1.b

Moralit. Quis enarrabit ce. ra. Moralit. Tūc aūt celoꝝ rōnez dñs narrat. cū semetipm nobis quō electis spiritibus presit insinuat. Tūc celoꝝ rationem narrat. cū de tersa mentis nr̄e caligine clara se visione manifestat. ꝛ tunc ꝯcent⁹ celi dormit: qꝛ apparēte in iudicio retributore operū: exhortationū iam ꝟba cessabūt. Per ꝯcentū enī celi ꝯcors pdicātium ꝑmo signat. vñ ꝛ apte ipꝫ resurrectiōis tps adiūgit. g Qñ fundebat ꝛc. Que adhuc futura sūt qsi preterita dicit: fecit enī q ventura sūt. Puluis itaqꝫ tūc ī t'ra fundat qñ p resurrectionē ī solida mēbra reducitur. h Et glebe cōpingebant. Quia nimirū firma corpora ex puluere collecta surgūt. i Nūqd capies leene ꝛc. Leena ē ecclia que gentes rapuit: ꝛ ī suo corpore cōuertit. Huic dñs pdam rapit: vt aīam catuloꝝ eius impleat: qꝛ ad augmentū huius īnumeros de gentilitate diripuit. ꝛ per animarum lucrum esurientia apostoloꝝ vota satiauit. Ipi quippe catuli ꝓ mētis teneritudine ꝛ formidinis infirmitate passo dño forib⁹ clausis ꝓpt metū iudeoꝝ residebāt. sic de illis scriptū ē: Cū fores eēnt clau. ꝛc.

Qñ cubant

super fines terre consurgere fa-
a cies? Nunquid nosti ordinez ce-
li: et pones rationem eius in ter-
b ra? Nunquid eleuabis in nebu-
a ſ scꝫ vt me: ne ergo de tua passione mireris.
lam vocē tuam: et īpet⁹ aquarū
a ſ post vocē miracula addit.
c opiet te? Nūquid mittes fulgu-
ſ vt mihi.
ra ꝛ ibūt: ꝛ reuerentia dicēt tibi
a ſ in sensib⁹ vt sic viuat sic sonat.
d assumus? Quis posuit ī viscēri-
bus hominis sapientiā? vel qs
a ſ penetrādo inuisibilia. ſ qui sonum excutit ꝛ horas noctis. i. merita peccatoꝝ diiudicat ꝛ increpat: q ꝛ se prius alis excitat.
e dedit gallo intelligentiā? Quis
f enarrabit celorum ratione: ꝛ cō-
cētum celi quis dormire faciet?
g Qñ fundabat puluis ī t'ra ꝛ gle-
i be cōpingebāt? Nunqd capies

a Sup fines terre ꝯsurgere facies post solis occasum. q. d. non. ratio enī huius varietatis in ortu ei⁹. ꝛ similiter aliaꝝ varietatū circa planetas ab hoīe non cōprehendit. lꝫ enim ad saluādū talia apparētia astrologi posuerunt in circūitione motuū planetarū ecentricos ꝛ epiciclos. tñ non habetur ex hoc certitudinaliter ꝙ ista ab eis posita sint causetalium varietatū: qꝛ forsitan per aliū modū pdicta apparentia eque bene vl' melius possent saluari. Aliud mirabile ē qd ex motu corpoꝝ celestium sequit varietas effectuū in elementis. quorū rationes in celo pexistentes non possūt ab hominib⁹ plene comphendi: nec ad effect⁹ determinatos plene applicari. ꝛ ideo dicitur: b Nunqd nosti ordinem celi ꝛc. ꝛ quia in opinione vulgi tonitrua ꝛ fulgura que fiūt ī aere ex corporis celestis influxu: sunt mag' mirabilia: quia terribiliora. Ido subdit: c Nūqd eleuabis in nebula vocē tuam. i. cābis vocē tonitrui qui in nube generat. d Et impet⁹ aqrum operiet te. qꝛ ad tonitrū solet sequi magnitudo pluuiaꝝ: q operit celuꝫ ne videat a nobis. e Nunqd mittes fulgura. i. dispones de eis ad voluntatē tuaꝫ. quasi essent in obedientia tua. oīa pdicta posita sunt ad ostēdēduꝫ ꝙ iob indiscrete locut⁹ fuerat dicēs: Disputare cum deo cupio: eo ꝙ diuina sapientia ab homine non possit perscrutari. vt patet in effectibus predictis. f Quis posuit in ꝛc. Post qꝫ ostensa est īmensitas diuine sapientie et potentie in partibus mundi pncipalibus. hic cōsequenter ostenditur ideꝫ in animalibus. ꝛ primo qꝫtum ad ea que pertinent ad cognitioneꝫ. secundo in pertinentibus ad nutritioneꝫ. ibi: Nunquid capies. tertio qꝫtum ad generatiōeꝫ in principio. xxxix. ca. quarto ad aliquorū animalium ꝛ auium mirabilem conditionem. ibi: Quis dimisit onagrū. Inter animalia autem homo tenet principatū. ꝛ ideo ab eius cognitione incipit dicēs: Quis posuit in visceribus homīs. i. in mēte eius que latet interius sicut ꝛ viscera. g Sapientiā. qsi diceret: solus deus qui dedit sibi lumen naturale ītellectus. per qd pōt acquirere scientiā eorum que possunt sciri ꝛ inuestigari per rationē. ꝛ aliquando illustrat per speciale reuelationē qꝫtum ad ea que excedunt naturalem cognitionem. deriuant enī alique prudentie ad animalia bruta: ꝛ aues ad aliqua opera determinata sicut aranee ad faciēdū telam. ꝛ auibus ad faciendū nidos ꝛ sic de alijs. hoc tamen specialiter ostenditur in gallo q est auis nota ꝛ domestica. cum dicit: h Quis dedit gallo intelligētiam. qui sic horis in nocte determinatis cantat: ac si intelligeret horarum noctis distinctionē. vocat autem talis estimatio naturalis in gallo intelligētia: eo ꝙ ꝓcedit ab intellectu diuino. ꝛ hoc etiaꝫ modo op⁹ nature dicit opus intelligentie. vnde subdit: i Quis enarrabit. k Celorum rationem: id ē motuū celestiū ordineꝫ. vt sic determinatis horis cantet in nocte. quasi diceret: nullus. non enī habet intellectum ad talia addiscēdū. tamē in eo apparent opera ex ītellectu diuino qui ē actor nature ꝓcedentia. sicut ꝛ horologia que cognitione carent: tamen determinatis horis sonant ad hoc disposita p intellectū homīs. Considerādū etiā est ꝙ vigiles de nocte solēt determinatis horis cum aliquo instrumento sonare: et intermedijs tēporibus silere. vt per hoc faciant horas noctis ab alijs cognosci: qd non pōt dici de gallo. Ideo subdit: l Et concentū celi quis dormire faciet. medijs tēporibus inter principia horarū vt per hoc faciat cognoscere gallū horas noctis ad cantādū. qsi diceret: nullus. quia nūqꝫ cessat celi concentus. Considerandū autē ꝙ pithagorici dixerūt ex ꝓportione motuum celestium sonum armonicum causari. Sed hoc improbat phs. ij. celi et mundi ꝓbans ꝙ ex illis motibus non causatur aliquis sonus. ꝛ ideo per cōcentum celi non intelligit hic aliud qꝫ conuenientia motuū celestium. ꝛ quia ista cōuenientia est a pncipio mundi. Ideo subditur: m Quando fundabatur puluis in terra: id ē a pncipio ꝓducebatur a deo. ꝛ dicit hic puluis: quia in aliquib⁹ partibus est discōtinuata ad modum pulueris scꝫ in locis sabulosis. ꝛ in aliquibus partibus ē compacta ex humiditate eam continuante: ꝛ qꝫtuꝫ ad hoc subditur: Et glebe compingebant. n Nunquid. Hic ꝯsequēter ostenditur īmensitas diuine sapientie ꝛ potentie in pertinentibus ad nutritionem. ꝛ primo ponitur exemplū leene nutriētis catulos. qui cum sunt voraces: mirabile est ꝙ sibi ꝛ catulis possit capere predam ad nutritionem eorum sufficientē. ꝛ qꝫtum ad hoc dicitur: Nunquid capies leene predam. sibi ꝛ catulis sufficientē. secundo ponit exemplum de pullis corui: quibus coruus non querit cibū septem diebus scilicet donec videat eos nigrescere: ꝛ suos esse cognouerit ex nigredine. ꝛ interim nutriunt diuina ꝓuisione ꝑm ꝙ dicit ps. cxlvj. Qui dat iumentis escam ipsoꝝ: ꝛ pullis

coruorum

a Qñ cubāt ī antris ꝛc. Clausis forib⁹ qsi in qbusdā abditi specubus catuli mundum rapturi cubabāt: cū apli necdū spiritu solidati firma auctoritate pdicabāt. Sꝫ ꝯtra aduersarios qsi in antris insidiabant: vt animaꝝ predam postmodū psumētes diriperent. Sic ꝛ alij post eos cubant tēp⁹ docendi pstolantes. b Quis preparat coruo escā suā. Corui noīe peccatis nigra gentilitas designat. Iste coruus esca fuit. dū ipm ecclia qreret. sꝫ nūc escam accipit: qꝛ ipe ad cōuersionē alios exqrit. Cui⁹ videlꝫ pulli. i. pdicatores ex eo editi: nō ī se psumūt: sꝫ ī virib⁹ sui redēptoris. vñ bñ dr: c Qñ pulli ei⁹ ad deū clamāt. Nihil enī sua ꝟtute possunt. d Vagātes eo ꝙ ꝛc. In hac vagatione nihil aliud qꝫ estuantiū pdicatoꝝ vota signāt. q dū in ecclie sinū recipe ꝓplos ambiūt: magno ardore succēsi: nūc ad hos nūc ad illos colligēdos desideriū mittūt. Potest p coruū nigra p infidelitatis meritū plebs iudaica designari: cui dū pulli ei⁹ clamāt esca ppatur: qꝛ dū apli exorāt: plebs dudū pfida ad cognitioneꝫ fidei ducit ꝛ ex pdicatiōe filioꝝ qsi ex pulloꝝ voce satiat. Sꝫ ꝛ cū pulli vagātur inde escā coru⁹ īuenit: qꝛ dū per laborē pdicātiū cōuersam gentilitatē iudaicus ꝓꝑls respicit: ad extremū qñqꝫ stulticiam sue infidelitatis erubescit.

Moralit. Morali. Coru⁹ ē pdicator q mag voce clamat: memoriā pctoꝝ ꝛ īfirmitat sue nigredinē gestās. Hic discipulos nō plene pascit d secret sublimilib⁹: donec sublimes sibi nigredinē humilitat ꝛ specie volat⁹ sui ostēdāt. aū patit eos inedia affici: vt clamēt ad deū: ꝛ vagātes ī nido apto ore cibum expectāt. Pro hac discretiōe largior copia ipi coruo a deo dat: nō solū enī ꝓ se sed et ꝓ eis qs nutrit maiora pcipit.

Nūqd nosti

leene predam: et animam catu-
a lorum eius implebis: quando
a ſ . i. occūltāt in suis cogitationib⁹ dū opportunitas venit. Capti vero alij magna fame eluriūt
cubant in antris: ꝛ in specub⁹ in-
b sidiātur? Quis ppat coruo escā
c suam quando pulli eius ad deū
a ſ qꝛ charitas vnum cor ad multos diuidit
ſ al' vagientes.
d clamant: vagantes eo ꝙ nō ha-
beant cibos.

coruorum inuocantibus eum. ꝛ qꝫtum ad hoc dicitur: a Quis preparat coruo: id est pro ipso coruo. b Escam suam: id est nutritionē quā aues naturali instictu ministrāt pullis suis. c Qñ pulli eius scilicet corui deserti ab ipso vt alieni. d Clamāt ad deum. non est per hoc intelligendum ꝙ iste clamor procedat ex cognitione dei que sit in pullis. sed quia quelibet res naturalis eo ipso ꝙ naturali desiderio appetit aliquod bonum. quodammodo clamat ad deum a quo recipitur omne bonum. Ps. 146.

Moraliter

Nunqd

Moraliter.

Respondēs autem domin⁹ iob de turbine ꝛc. Ca. XXXVIII. De turbine loqui dicit: quia fragilitas humana ex dei locutione pauescit ꝛ turbat. Exo. xx. Non loquat nobis domin⁹ ne forte moriamur. Accinge lumbos tuos sicut vir. Greg⁹. Lūbos pcingim⁹ cum carnis luxuriā per cōtinentiam coartam⁹. ergo theologi quib⁹ deus pre ceteris loquit in scripturis sacr debent pre ceteris esse pcincti cingulo castitat. Vbi eras quando ponebam fundamentū terre. per hanc terraꝫ significatur ecclesia. de qua dicit Can. ij. Vox turturis audita est in terra nostra. huius terre fundamenta sunt apostoli post christum. Apoc. xxi. Habens fundamenta. xij. ꝛ in ipis. xij. nomina apostoloꝝ. Quis posuit mensuras eius. que sunt articuli fidei ex qb⁹ debent cetera credibilia mēsurari. Quis tetendit super eam lineam. deus qui eam disposuit per suā prudentiam. Super quo bases illi⁹ fundate sunt. iste bases sūt doctores hereticis resistentes fundati super doctrinaꝫ christi. Quis dimisit lapidem angularem eius. deus pater mittens filium suum tanqꝫ lapidem angularem iudeos ꝛ gētiles in vna ecclesia coniungētem. Cum me laudarent astra matutina ꝛc. id est angeli sancti cantantes in natiuitate christi. Gloria in excelsis deo. Luc. ij. Quis conclusit ostijs mare. mare significat psens seculum cuius ostia sūt natiuitas hominis ꝛ eius mors. per quas ingreditur ꝛ egredit mundum. Cum ponerem nubem vestimentum eius ꝛc. Nube vestitur ꝛ caligine. nam inuoluit obscuritate multiplicis ignorantie. Et posui vectem: id ē timorem seruilem. Hic cōfringes tumentes fluctus tuos. confractio fluctuū est mutua contentio superborū. Nūquid post ortum tuum precepisti diluculo ꝛc. subintelligitur sicut ego precepi. ꝛ similiter in sequētib⁹. Diluculum autē est diei principium. ꝓpter qd primi credentes christo significant per ipm. ergo christ⁹ post ortum suū diluculo precepit quādo discipulos ad pdicandum misit. ꝛ aurore locum suum ostendit quādo matrem suam sup angelos collocauit. ꝛ extrema terre cōcussit: quādo pncipes orbis fidei subiugauit. ꝛ impios excussit: quādo per romanos populū iudaicū captiuauit. Auferet ab impijs lux sua. nam a iudeis ablata est cognitio legis vera. Et brachium excelsuꝫ confringetur. quia templum in quo confidebant iudei fuit destructum. Nunquid ingressus es ꝓfundum maris. per maris ꝓfundum intelligi pōt cor impium. Esa. lvij. Impij quasi mare feruens. Igitur deus ingredit maris ꝓfundum: quando cōuertit ad se cor prauū. Nūquid aperte sunt tibi porte mortis. sicut aperte sunt mihi ad inferos descēdenti: ꝛ subintelligitur non. ꝛ similiter in similib⁹ premissis. et sequentibus. Nunquid latitudinem terre considerasti. sicut ego qui per latitudinem terre gentes ad fidem vocaui. Indica mihi si nosti ꝛc. qsi diceret: tu nescis sꝫ ego scio in quo habitat lux gratie et tenebra culpe per quas iusti ducunt ad gloriam ꝛ reprobi ad penam. Sciebas tunc ꝙ nasciturus esses ꝛc. christus autē inqꝫtum deus presciuit se tēporaliter nasciturum ꝛ huius vite ordinem ꝛ modum. Nunquid ingressus es thesauros niuis.

bos enī deus ingredit cum homies prius frigidi per ipm feruidi efficiunt. ꝛ sic ad bellum cōtra demones pparātur. ꝛ sic in eis apparet p quā viam spargitur lux diuine claritatis. et diuidit estus feruide charitatis. Quis dedit vehemētissimo imbri cursum ꝛc. christus qui doctrinam apostolorū miraculis cōfirmādo fecit efficaciter currere per mūdū. Vt plueret super terram absqꝫ homine: id est sup gentilitateꝫ in qua pauci aut nulli erant rationabiliter viuentes. vtpote simulacris seruientes. Vt pduceret herbas virentes. id est sanctas opationes. Quis ē pluuie pater ꝛc. deus qui dat pluuiam sane doctrine ꝛ rorem consolationis interne. De cuius vtero egressa est glacies ꝛc. ipius dei qui dat timorem filialem fluxum cōcupiscentie restringentē. Nunquid cōiungere valebis micantes stellas ꝛc. id est patres noui testamenti ꝛ veteris quos solus deus cōiunxit in fide mediatoris. Aut gyrum arcturi ꝛc. id est cetum apostolicuꝫ quem deus quodāmodo dissipauit quādo per orbem eos ad pdicādum dispersit. Nūquid ꝓduces luciferū in tempore suo ꝛc. dicunt aliqui astrologi ꝙ lucifer ꝛ hesper⁹ sunt eadem stella. sic nominata: eo ꝙ aliquādo apparet in mane aliquādo in vespere ꝛ significat dei filiuꝫ qui mane in suo aduētu primo apparuit. ꝛ in secūdo tanqꝫ ad vesperum apparebit. Nunquid nosti ordinem celi ꝛc. hunc ordinem deus nouit ꝛ rationem eius in terra posuit quando militantem ecclesiaꝫ ad similitudinem triumphantis instituit. ꝓpter quod eius filia nominat. Nunquid leuabis in nebula vocem tuā ꝛc. hoc autem dominus fecit cum caliginem ignorantie ab apostolis amouit. ꝛ tunc impetus aquarū: id est spūssancti donorum in suo corpore mystico ipm operuit. Nūquid mittes fulgura ꝛc. deus autem fulgura misit quando discipulis auctoritateꝫ pdicandi ꝛ demones expellendi concessit. ꝛ reuersi ad eum cum gaudio dixerunt: Demones in nomine tuo subijciuntur nobis Luc. x. Quis posuit in visceribus hominis sapientiam ꝛc. per hominem ꝛ gallum predicator doctus potest intelligi. cui deus dat sapientiam ꝛ noticiam temporū predicandi. Quis enarrabit celorū rationem. christus dicit Ioh. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt ꝑm meritorū distinctionem. Et cōcentuꝫ celi quis dormire faciet. ipe deus quādo quietem celorum motibus imponet. Et quoniā hoc erit in tempore resurrectiōis. Sequit: Quādo fundabatur puluis in terra ꝛc. tūc enī de terre puluere reformabunt corpora humana. Nunquid capies leene predam ꝛc. sicut christus leo dicitur sic ecclesia leena cui christ⁹ predam cepit quando infernum spoliauit. huius autem leene catuli sunt apostoli qui in conuersione multitudinis gentiuꝫ fuerunt impleti. sed quia tunc frequenter in carceribus recludebantur. subditur: Quādo cubant in antris ꝛ in specubus insidiant. scꝫ idolatrie. tunc enī meditabant de ei⁹ subuersione. Quis preparat coruo escam: id est ꝓ coruo qui dimittit pullos suos sine pastu quousqꝫ sint nigri sꝫ deus interim pascit illos. Per coruū qui est auis immūda significātur hoies peruersi qui nolunt benefacere iustis: sꝫ a deo pa-

 scuntur

Universidad ... Bibliot

scuntur: eo ꝙ a malis hominib⁹ vacui dimittunt.

¶ In ca. xxxviij. vbi dicit in postilla: Quis est iste. heliu eni acceperat quasi vices determinātis q̄stionem ⁊c.

Additio. j. Q̄d autē heliu ī hac q̄stione accepisset vices quasi determinātis nō consonat lr̄e: sed potius patet per lr̄am ꝙ ip̄e tenuit locum opponentis: sicut ⁊ alij socij: nisi quia voluit supplere defectum eoꝝ ī opponēdo. Dicebat enī heliu supra. xxxij. ca. Qm̄ igitur spectaui. ⁊ nō sunt locuti: nec respōderūt vltra: respōdebo ⁊ ego partem meam. Ex quo patet ꝙ nō intēdebat se ingerere ꝑ modū determinātis: sed opponentis sicut ⁊ alij: sufficienti⁹ tamē ꝓut estimabat. Idem patet in ca. xxxiij. vbi heliu dicebat iob: Si potes respōdere mihi ⁊c. Ecce ⁊ me sicut ⁊ te fecit de⁹: ⁊ de eodem luto ego quoq̧ format⁹ sum. ex quo patet ꝙ ipse querebat disputare cum iob de pari: nō autem q̄stionem determinare. Ūn ad declarationem hui⁹ quod dicit contra heliu: Quis est iste inuoluens sentētias. attendēduʒ est ꝙ heliu in hac q̄stione in multis defecerat. Primo eīm quia cum ip̄e cōueniebat cuʒ iob in hoc ꝙ premia virtutū ⁊ pene vitioꝝ erāt in vita futura: nō debuissent cuʒ ꝯdemnare seu iudicare iniustū ꝓpter flagella q̄ patiebatur in hac vita. Credentes eīm premia ⁊ punitiones in futuro seculo. nō debēt cōdemnare patiētes tribulatiōes ī hac vita: quia vt dicit Eccs. ix. Uniuersa eque veniunt iusto ⁊ impio. vnde ex hoc ꝓprie dicit heliu inuoluēs sentētias: eo ꝙ affirmās sentētiā ip̄ius iob asserentis in alia vita esse vera p̄mia ⁊ punitiones: inuoluebat cum sentētia amicoꝝ ip̄m iob cōdēnantium: que q̄dem sententie non cōsonant adinuicē vt dictū est. ⁊ ideo inuoluere tales sentētias iudicat hic a deo esse erroneum cum dicit: Quis est iste inuoluens sentētias. Item has sentētias sic inuolutas miscuit heliu cum sermonibus imperitis: p̄mo quia multa erronea asseruerat: sicut cū dixerat supra xxxij. ca. Ecce hec om̄ia opat deus trib⁹ vicibus per singulos: quod ꝓprie intelligit ſm expositionē Ra. Sa. scʒ ꝙ tribus vicibus tm̄ recipit deus peccatores ad penitentiā: et nō ampli⁹: q̄d tamē est falsum ⁊ erroneū: ꝓut postillator ibidem deducit. Item ex serie illius capl̄i videtur heliu asserere ꝙ trib⁹ modis tm̄ deus loquit homini: p̄mo scʒ dando ei lumē naturalis ītellectus. secūdo per reuelationē in somno factam. tertio ꝑ infirmitatem carnis a deo īmissam q̄d tamen est falsum: quia teste Apl̄o ad Hebre. j. Multipharie multisq̧ modis deus loquēs patribus ī ꝓphis. Item sermones sui fuerūt imperiti: quia ꝑ magnam arrogantiā ⁊ supbiam ꝓcessit ꝓut in additione īmediate p̄cedente fuit dictum ⁊c.

¶ In eodem ca. xxxviij. vbi dicit in postilla: Ubi eras. Hic cōsequenter ponit arguitio ip̄ius iob.

Additio. ij. Secūm postillatorem om̄ia ista que in hoc loco ⁊ sequēti tradunt ad īmēsitatem diuine sapiētie ⁊ potētie ꝑtinētia dicunt ad ostēdēdum ꝙ indiscrete seu fatue se habuerat iob ī cupiēdo disputare seu cōtendere cum deo: q̄d nō videt ꝯuenienter dictū: naʒ iob manifeste ꝯfitebat immēsitatē diuine sapiētie ⁊ potentie vt patet supra. xxvj. vbi postq̄ narrauit mlta de mirabilib⁹ nature a deo facte specialiter circa ꝑtes mūdi p̄ncipales nō solū visibiles sʒ etiam inuisibiles: vt cū dicit ibi: Sp̄us eius ornauit celos. q̄d exponit de glorificatiōe angeloꝝ beatoꝝ. siliter ⁊ de eiectione demonis dixit: Obstetricāte manu eius educt⁹ est coluber tortuosus: q̄ pertinēt ad magnalia dei ⁊ inuisibilia: quia illa q̄ ibi narrauit sentiebat esse pauca seu exigua respectu diuinoꝝ effectuum: idcirco ibidē subdit: Ecce hec ex ꝑte dicta sūt viaꝝ ei⁹. ⁊ cum vix paruam stillā sermonis ei⁹ audierim⁹: q̄s poterit tonitruū magnitudinis illius intueri? Ex q̄bus manifeste patet ꝙ iob ꝓfitebat imensitatē ⁊ incōprehensibilitatē diuine sapiētie ⁊ potētie: q̄ in diuinis effectib⁹ apparet: nō ergo oportebat de hoc sibi aliq̄d vlteri⁹ ꝓbare. illa eīm que vn⁹ disputantium ꝑ se ꝯcedit: nō requirit vt ꝑ alterū sibi ꝓbent. Item ꝙ iob cuperet se disputare cū deo: nō ē de essentia q̄stionis de q̄ p̄ncipaliter agit. s. de diuina ꝓuidētia circa act⁹ humanos: ſʒ ē q̄ddā incidēs q̄d ex indiscreta locutiōe iob videt ꝯtigisse. incōueniēter igit videt ꝙ de tali incidēte duo capl̄a ponerēt in determinatione hui⁹ q̄stionis nihil tāgendo de his q̄ q̄stionē determinādā p̄ncipaliter respiciūt. Ūn circa h̄ aliter videt dicendum. Pro q̄ ꝯsiderandū ē: ꝙ iob in suis ꝓclamationib⁹ q̄rulosis īstāter petebat: vt de⁹ reuelaret sibi causam sue flagellatiōis cū ip̄e credidisset se esse iustum: vnde. s. iob. x. deo dicebat: Indica mihi: cur me ita iudices? Ad quā interrogationē in multis alijs locis videt tēdere: quā tm̄ interrogationē seu inq̄sitioneʒ de⁹ in h̄ ca. ⁊ in sequēti ostēdit esse irrationabilē ꝑ hūc modū. nam ꝯstat ꝙ diuina ꝓuidētia disposuit oīa creata ꝓducendo ea ſm mēsurā ⁊ modū debite correspōdentē cuiuslibet rei existētie ⁊ durationi q̄d exemplificat p̄mo de terra: q̄ habitatiōi hōis cui loquebat ē deputata: de q̄ dicit: Ubi eras q̄n ponebam fundamēta terre ⁊c. q. d. illa q̄ ꝑtinēt ad existentiam terre ⁊ ei⁹ stabilitatē fuerūt ꝑ meā ꝓuidentiā fundata ⁊ mensurata ⁊ solidata te nō existente: nec etiā nūc hoꝝ rōnem ad plenū cōphendēte. Eodē modo ītelligēduʒ est q̄d seq̄tur: Cū me laudarēt simul ⁊c. q. d. ꝑ meā ꝓuidētiā dispositū est vt a p̄ncipio creatiōis me laudarēt astra matutina. ⁊ filij dei iubilarent: cui⁹ ꝓuidētie rōnē tu plene nō scis. Silr̄ hoc mō sequit: Quis ꝯclusit ostijs mare ⁊c. ⁊ oēs alie interrogatiōes quas de⁹ ip̄i iob facit in his duob⁹ capl̄is tā de ꝑtib⁹ mundi p̄ncipalib⁹ q̄ȝ de certis cōditionib⁹ aliquoꝝ aīaliū ꝑ hūc modum sūt intelligende. s. ꝙ oīa illa ꝑ diuinā ꝓuidētiam fiūt: taliter ꝙ in suo esse naturali ꝯtinue ꝑseuerāt: de q̄bus ꝑ singula fragilitas humana non sufficeret reddere rōnem: nisi solū ꝙ oīa p̄dicta ⁊ q̄cunq̧ silia ꝑ diuinā ꝓuidentiā fiūt mō ⁊ ordine debitis: iuxta illud Sap. viij. Attingit a fine vsq̧ ad finē fortiter: ⁊ disponit oīa suauiter. ex q̄ sequit ꝙ indiscretū est seu insanū vt homo q̄rat a deo rōnem sue ꝓuidentie circa singulares ꝑsonas humanas: ꝓut iob petebat de seipso: Cur me ita iudices. Sed firmiter tenēdū est ꝙ sicut sapiētia seu ꝓuidētia diuina oīa suauiter disponit: lʒ a nobis ip̄ius rōnes sint incōp̄hēsibiles: sic ip̄ius ꝓuidentia intelligēda ē esse iusta ⁊ rationabilis circa act⁹ humanos: q̄uis a nobis nō oīno rōnes cōprehēdant: iuxta illud apl̄i ad Roma. xj. O incomphensibilia sūt iudicia ei⁹: ⁊ inuestigabiles vie ei⁹. Et sic de his duobus capl̄is ꝯcludit: ꝙ de ꝓuidētia diuina circa actus humanos nō est causa q̄rēda eo mō q̄ iob videbat petere. ⁊ hoc est quoddā ꝓpriū ⁊ p̄ncipale circa materiā ꝓposite q̄stionis. Cōsiderādum tm̄ ꝙ lʒ iob de indiscreta locutiōe esset rep̄hensibilis petēdo p̄dicta: nō tm̄ ſm ip̄ius rōnem deliberatā hoc petebat. Dixerat enī supra. xiij. ca. mētē suā socijs reuelādo. Etiā si occidat me in ip̄m sperabo. ex quo patʒ ꝙ nō murmurabat circa diuinā ꝓuidētiā seu iusticiā ex corde intimo: ſʒ ſm inferiorē rōnem ⁊ instantiā socioꝝ: vn̄ in his capl̄is poti⁹ rep̄hendebātur aduersarij. q̄ negādo vitam futurā occasionē prebebant ip̄i iob vt instāter peteret causā sue flagellatiōis q̄ȝ ip̄se iob. ⁊ ideo finaliter ꝯcluditur in vltimo ca. cōtra eos: ꝙ non fuerāt locuti rectū corā me sicut iob. De hoc autē ꝙ iob indiscrete dicebat se cum deo velle disputare fuit rep̄hēsus a deo ī fine. xxxix. ca. vbi dictū fuit sibi: Nūquid q̄ cōtēdit cum deo tam facile cōquiescit ⁊c. nō autem antea ⁊c.

¶ In eodem ca. xxxviij. vbi dicit in postilla: Cum me laudarent simul astra matutina. i. angeli ⁊c.

Additio. iij. Hoc q̄d dr̄: Cum me laudarēt astra matutina. pōt ītelligi ꝓprie de siderib⁹ corporalibus: q̄ dicūt matutina: q: tunc erāt d̄ nouo cōdita: sicut apud nos astra matutina dicunt q̄ a p̄ncipio diei solent apparere. Dicūt aūt astra matutina deū laudare inquātum. s. ꝓpter sui claritatē ⁊ nobilitatē sunt materia diuine laudis: vn̄ ⁊ illis attribuit laudē eo modo quo dr̄ in ps̄. cxlviij. Laudate eū oēs stelle ⁊ lumē. filijs vero dei q̄ sūt angeli attribuit iubilationē: q̄ excellētiam quādam laudis importat: inquātū nō solum materialiter sʒ etiā formaliter deuʒ laudant. Cōsiderādum etiā ꝙ ratio q̄re inducit hoc q̄d dr̄: Cū me laudarēt pōt esse talis: nā deus volebat ostēdere ip̄i iob fragilitatē humane cōditiōis: vt eū reprimeret ab inq̄sitione altioꝝ ⁊ sublimiū ad diuinā ꝓuidētiam ꝑtinētiū: vt dictū est. ⁊ ideo excitabat eum ad attēdēdum differētiam inter substātias celestes q̄ a p̄ncipio creatiōis mūdi deuʒ laudabāt ⁊ iubilabāt mō p̄dicto: ⁊ humanā naturā q̄ post multas reuelationes elemētoꝝ ⁊ mixtoꝝ fuit ꝓducta: vt haberet in viscerib⁹ scientiā scʒ scintillā rōnis: vt circa finē hui⁹ capl̄i dicitur. q. d. O iob cognosce fragilitatē cognitiōis tue respectu supioꝝ substātiarum. illa enī cuʒ terra fundaret ⁊ anteq̄ȝ eēt discoꝑta ad h̄ vt ex ea fuisses format⁹: iā me laudabāt ⁊ iubilabant vn̄ ⁊ tu infim⁹ ⁊ creaturaꝝ vltim⁹ non debes alta inquirere.

¶ In eo. ca. xxxviij. vbi dr̄ ī postil. Nūq̄d ꝯsiderasti latitudines t̄re. q̄ ſm astrologos accipit ab austro in aq̄lonē ⁊c.

Additio. iiij. Secūm astronomos ꝯstat ꝙ loc⁹ terre cui⁹ cenith capitis est pol⁹ articus. ⁊ ꝑ ꝯñs ip̄ius orizon est circulus eq̄noctij habet diē durātem ꝑ sex mēses: quia sole gradiēte ꝑ signa septētrionalia. s. a capite arietis vsq̧ ad finē virginis ꝯtinue lux eius fertur sup terrā: ⁊ ꝑ ꝯñs est ibi vna dies lucens ꝑ sex menses cōtinuos sine aliqua nocte. ⁊ in orizonte opposito seu antipedali. s. illi⁹ loci cui⁹ cenith capitis ē polus antartic⁹: ꝑ p̄dictos

sex mēses

sex mēses erūt tenebre ꝯtinue cui⁹ ꝯriū ꝯtingit sole gradiente ꝑ signa meridionalia. Que q̄dē ꝯsideratio ē applicabil' huic q̄d dr̄ hic: Nūq̄d ꝯsiderasti latitudines terre. s. a loco supposito de directo polo artico vsq̧ ad locū suppositū de directo polo antartico: iter q̄ duo loca tanta latitudo terre cōphendit. ⁊ sequit: Indica mihi si nosti in q̄ via habitat lux. ⁊ tenebrarum q̄s loc⁹ sit. q. d. si tu latitudinē terre p̄dicte cōsiderasti: posses scire in q̄ via habitet lux. s. ꝑ durationē ꝯtinuā sex mensium. ⁊ q̄s sit loc⁹ tenebraꝝ. s. loc⁹ opposit⁹ vbi nox durat totidē mensibus. ⁊ q: iter ista loca sūt alia ītermedia in q̄b⁹ ſm distantiaʒ a polis predictis mag' ⁊ min⁹ durat latio solis sup terram: q̄d difficile ⁊ forte impossibile est ꝑ singula exq̄site ꝓpter fragilitatem humane cognitionis inuestigare. Ido subdit: Ut ducas vnūquodq̧ scʒ hemisperioꝝ ītermedioꝝ ad terminos suos scʒ ꝓprios. Et intelligas semitas dom⁹ ei⁹. s. lucis solis q̄ cū ī meridie circa sūmū celi mouet: tūc q̄si pambulat semitas domus sue: ⁊ q: ꝑ motū celestiū corpoꝝ tp̄a generatiōis ⁊ durationis corpoꝝ inferioꝝ naturaliter mēsurāt ſm Dionysiū in q̄rto de diuinis nominib⁹. Ido subdit: Sciebas tūc ꝙ nascitur⁹ ees: ⁊ numerū dieꝝ tuoꝝ noueras. q. d. si tu mot⁹ p̄dictos infallibiliter cognouisses a principio: naturalit posses scire tp̄s natiuitatis tue. silr̄ ⁊ duratiōis: q̄d tm̄ ē tibi impossibile: vt dictuʒ est ⁊ etiā q: non posses aliq̄d scire anteq̄ȝ esses ⁊c.

Replica. In ca. xxxviij. Circa expositiōeʒ hui⁹ lr̄e q̄ dicit: Ubi eras. Burgeñ. falsū īponit postillatori. ꝙ videlicet dicat iob fatue se habuisse in ꝓuocādo deū ad disputādum cū eo: nam postillator in toto ꝓcessu semp excusat iob sic: si dixit aliq̄ q̄ p̄ma facie videbāt passionalia: ꝙ illa nō dixit nisi ex suppositiōe q̄ amici sui errabāt: et sic deducēdo eos ad incōueniēs opinioni eoꝝ: intuēti postillatore apparere pōt clare: ꝙ rep̄hēsio q̄ de⁹ rep̄hendit iob: nō tēdit ad aliud nisi ꝙ ex ei⁹ locutiōe amici sui scādaliçati sūt: q̄uis iob non intendebat eos scandaliçare. ⁊ ideo reprehensio directius est contra scandaliçatos q̄ȝ contra iob sicut contra phariseos scādaliçatos nō contra christum: cuius figurā iob in multis gessit. Burgeñ. etiam hic se finaliter resoluit ꝙ ea que videntur reprehensibilia iob non dixit ex ratione deliberatiua: sed ex ratione inferiori ad impugnationem aduersariorum. ⁊ sic finaliter concedit quod sepe in processu improbauit. Cetera in quibus circa librum iob Burgeñ. notat postillatorem nō sunt digna pertractatione: quia ad claraʒ littere expositionem modice deseruiunt.

Glo. ordi.

N Unquid nosti ⁊c. par. ibi. ⁊c. Ca. XXXIX

Ibices parua q̄drupedia dicit q̄ in petris morātur ⁊ pariūt: ⁊ ruentia ī suis se cornib⁹ illesa suscipiūt. in q̄bus magistroꝝ sp̄ualium ꝑsona signat. q̄ velut ibicines ī petris pariūt: q: in doctrina patrum qui petre ꝓ soliditate vocate sunt: ad cōuersionem animas gignunt: ip̄i velut ibicines nullius casus dāna sentiūt dum in suis cornibus excipiuntur: quia quicq̄d ruine tēporalis aduersitatis accesserit in testamētis se sancte scripture suscipiūt. ⁊ quasi cornuū exceptione saluant. Ip̄i cerue q̄ interemptis vitijs quasi extinctis serpentibus viuunt. ⁊ de ip̄a extinctione vitioꝝ ad fontem vite acrius inardescunt. Bene aūt iob de tēpore part⁹ ibicū ceruarūq̧ discutit. Ac si dicat ei: Idcirco te egisse aliquid sublimiter credis: q: illud tēpus necdū preuides quo sp̄uales magistri in mundū missi per doctrinam antiquorum patrum filios generant. Nam si illorum fructum quasi ibicum ceruarūq̧ partus aspiceres: valde humiliter de tua virtute sentires. Meridiana pars ibices aues vocat que nili fluentis inhabitant. Oriens ⁊ occidens ꝑua q̄drupedia vnde per hec possunt auditores notari qui omnia pariunt ꝑ exempla fortiū patrū. Tēpus dicit: q: prius semen dei in corde concipit: post format: tādem exit in partū: q̄d quādo fiat nouit deus qui facit. vnde dicit: Nūquid nosti vt ego? multi ante tēpus abortiua ꝓducunt. Obseruasti q̄si diligenter: q: paucorum ē pensare qui labor: q̄ dolor sit: que etiam cautela. vnde ⁊ addit: b ¶ Dinumerasti mēses ⁊c. Per menses qui cōgesti dies sūt. multiplicate virtutes ītelligunt. q̄s q: prius in se p̄dicatores cōgerunt: q̄si in cōceptu sancte p̄dicationis mētes virtutū fiūt. Q̄ nos menses solus dñs dinumerat: q: eadem bona in eoꝝ cordib⁹ is qui dedit pēsat: ⁊ quia iuxta mensurā virtutum effectus iam sequit fructuū: recte subiungitur: c ¶ Et scisti tēp⁹ partus eaꝝ. Subaudis: vt ego q: nimiꝝ dū cordis occulta cōspicis: futurū foris effectū opis. intus in pondere cogitatiōis penso. d ¶ Incuruant ad fetū ⁊ ⁊c. Predicatores sancti: nunc quasi cerue in dolore partus sūt: q: nūc rugiendo in lachrymis semināt: q: curuātur vt pariāt: q: nisi ab īmēsitate cōtēplatiōis interne ad infirmitatē nostram descēderēt: nūq̄ȝ filios ꝓcrearent. e ¶ Separāt filij earū. Quia ip̄i qui patrū p̄dicatione nascūt: aliq̄n doctores suos patiēdo p̄ueniūt. f ¶ Et ꝑgūt ad pastū. Quia de corporib⁹ exeūtes illa pabula interne viriditatis ieniūt. Egressiq̧ lā nō redeūt: q: angustias p̄ntis vite euadētes: vltra a doctorib⁹ p̄dicationē vite accipere nō querūt. g ¶ Quis dimisit onagrū li. Nunc ad eorum vitam q̄ remote cōuersatiōis secreta appetūt: verba vertūt quos onager q̄ ī solitudine morat significat: q̄ apte liber dr̄: q: magna est seruitus negociatorum secularium q̄bus mens vehemēter atterit: dum ꝓspera appetunt dū aduersa formidāt. Liber ergo dimittit q̄ calcatis terrenis desiderijs ab appetitione reꝝ tēporaliū exonerat. Uel onager agri aīal est: ⁊ q: dñs aīale corpus sumens gentilitati mag' q̄ȝ iudee ꝓfuit: q̄si nō in domum sed in agrum potius venit: qui liber dimissus dicit: q: ꝑticeps factus est nr̄e nature: nō culpe. Ut onager xp̄s de cui⁹ incarnatiōe subdit ꝑ quē virt⁹ p̄dicte p̄dicatiōis datur. h ¶ Et vincula ei⁹ ⁊c. Uincula ei⁹ tūc soluta sūt cum infirmitates passionis illi⁹ in resurrectionis sibi gl̄iam sūt cōmutate. Esurire etiā sitire ⁊ similia nostre mortalitatis vinculū fuit. ¶ Soluūt etiā vniuscuiusq̧ vincula diuīo adiutorio cum interna desiderioꝝ carnaliū retinacula dissoluunt. Et quia post resurrectionē suā ad fidem gentilitatem vocauit. sequitur:

¶ Cui dedi

Capitulum: XXXIX

a N Unq̄d nosti tp̄s part a+
ibicū in petris: vel par- b c
§ doctores.
turientes ceruas obseruasti? Di
§ scʒ vt ego. b § tp̄s q: sancti non moꝝ edunt quod intus habent: sed oportune quod de⁹ agit in mentibus eorum.
b c numerāsti mēses ꝯcept⁹ earū: et
a § vn̄: inclina celos ⁊ descende.
d sciuisti tp̄s part⁹ eaꝝ? Incuruāt e
a § vt nos ab eterno gemitu ⁊ dolore retrahāt.
ad fetū ⁊ pariūt: ⁊ rugitus emit- f
e f tūt. Separāt filij eaꝝ ⁊ ꝑgunt ad g h
pastū: egrediunt ⁊ nō reuertent i
§ nisi ego.
g ad eas. Quis dimisit onagrum k+
a § nodos infirmaꝝ cogitationum.
h liberū: ⁊ vincula eius q̄s soluit? l

Ni. de ly. A

Ca. XXXIX

N Unq̄d nosti. ⁊c. Hic ꝯñter ostendit imēsitas diuine sapiētie ī ꝑtinētibus ad generatiōem: faciendo mentionem ibicū ⁊ ceruaꝝ in q̄b⁹ est aliq̄d hominibus ignotum: eo ꝙ ibices habitāt in ruptibus: vbi nō est hoīm accessus ⁊ ibi pariunt. similiter cerue habitāt in magnis nemorib⁹ iter densitatem arbustorū ⁊ ibi pariūt. ⁊ hoc est q̄d dr̄: Nūquid nosti tp̄s part⁹ ibicū. q̄ sūt capre siluestres. b ¶ In petris. i. in rupib⁹ petrosis ⁊ cauernosis vbi lupi nō p̄nt accedere. c ¶ Uel parturiētes ⁊c. loq̄t de eis ad moduʒ mulieꝝ q̄ in partu indigēt obseruatiōe obstetricū: sʒ diuina ꝓuidētia in aīalib⁹ maxime siluestrib⁹ supplet istud officiū. vnde subdit: d ¶ Dinumerasti mēses ⁊c. q. d. nō obstetrices enī inquirunt de tēpore cōceptus mulierum numerando mēses vt melius ꝓnosticent de tēpore partus earū. e ¶ Incuruāt ad fetū ⁊ pariūt: q: deo ꝓuidēte facilius pariunt aīalia q̄ȝ mulieres. nō tm̄ sine aliqua difficultate. Ido subdit: f ¶ Et rugitus emittūt: in signū afflictiōis. g ¶ Separantur filij eaꝝ. satis cito a cōsortio matris. h ¶ Et ꝑgunt ad pastū. ad q̄rendū sibi victū. Ido subditur: i ¶ Egrediunt ⁊ nō reuertūtur ad eas. quasi absoluti ⁊ emancipati a cura parentum. non sic auteʒ est in hominibus: sed multo tempore oportet pueros esse cum parentibus pro victu ⁊ vestitu habendo ⁊ doctrina: que non possunt habere a seipis. k ¶ Quis dimisit. Hic ꝯsequenter ostendit diuina prouidentia ⁊ potētia in conditionibus aliquorum animaliū in speciali. Et primo in onagro: q̄ est asinus siluestris: in quo ē istud mirabile ꝙ nō est bene domesticabile animal. cum tamen asinus domesticus non videtur posse diu viuere absq̧ cura hominis. cum tamen videatur eiusdem speciei. ⁊ hoc ē quod dicitur: Quis dimisit onagrum liberum. a seruitute hominū. l ¶ Et vincula eius quis soluit. quasi diceret: asinus domesticus capistro ligatur. ⁊ onager

 talibus

Universidad de ... Biblioteca

B a Cui dedi in solitudine do. Onagro dñs in solitudie domū dat dū sancti a carnalib⁹ desiderijs remoti silētiū mētis inhabitāt. Idē in gētilitate: in q̄ q̄ ad intelligēdū deū rōne vteref. homo pene nō fuit. b Et tabernaculū ei⁹ ꝛc. Terra salsuginis hec eadē solitudo: q̄ ꝑusq̄ verā dei sapiētiā cognosceret salsuginē ꝓtulerat: q̄ nullā viriditatē boni itellect⁹ ꝓferēs ꝑuersa sapiebat: q̄ etiam sancti viri q̄diu in hui⁹ vite tabernaculis degūt: ꝛ ad supernā patriā desiderij sui quotidianis estib⁹ accēdūt: in terra salsuginis habere tabernaculū ꝓhibet. c Cōtēnit mul. ci. Multitudinē ciuitatis ꝯtēnere ē humane ꝯuersationis praua studia deuitare vt iā nō libet terrenoꝝ hoīm q̄ ꝑ abundātiā iniq̄tatis multi sūt ꝑditos mores imitari. Uel id est mores despicit humane ꝯuersatiōis. Uel certe multos ꝑ spaciosā viā vagātes deseruit: ꝛ ꝑ angustā gradiētes paucos elegit. d Clamorē exactoris ꝛc. Exactor itelligit diabol⁹ q̄ semel hoī nūmū male suasionis ꝯtulit: ꝛ q̄tidie ab eo hui⁹ debiti reatū q̄rit. Uel exactorem ventrē dicit: q̄ a nobis quoddā debitū exigit: quia quotidianū fructū sibi laboris humani impendi etiā ꝑ naturam q̄rit: abstinētes igit viri q̄ h loco onagri vocabulo figurāt dū violētia gule desideria rep̄mūt q̄si clamāt exactoris verba ꝯtēnunt: s; recte petentis audiūt. Exactor h pōt accipi diabol⁹ q̄ suadēdo intulit culpā ꝛ seuiēdo exigit penam: hui⁹ sermo est añ mortē astuta hoīs ꝑsuasio: clamor ei⁹ ē violenta iā rapina post mortē. e Circūspicit mōtes ꝛc. Mōtes dicit elatos hui⁹ seculi: q̄s dñs cōspicere d̄r. i. ab iniq̄tate sua in meli⁹ cōmutare. Isti mōtes pascue sūt: q̄ nimiꝝ de ꝯuersione errātiū ꝛ humilitate supboꝝ satiāt. Intuēdū aūt q̄ ait: circūspicit nō inspicit. In iudea q̄ppe incarnat⁹ est q̄ in medio gentiū fuit: circūspicit mōtes: q̄ elatos huius seculi circūquaq̄ positos ex gētilitatis vniuersitate collegit.

B Circūspicit mō. p. s. Mōtes pascue sūt alte ꝯtēplatiōes interne refectionis: vel alte snīe scripture sancte. f Et virētia q̄. p. Huic onagro virētia q̄rere est sancto viro despectis trāsitorijs ieternū māsura desiderare. Uirētia q̄ppe sunt oīa q̄ tēporaliter cōdita vēturo fine a iocunditate vite p̄ntis q̄si estiuo sole siccant. virētia aūt vocata sūt q̄ nulla tēporalitate inarescūt. Uel virentia sūt corda q̄ illi hereditati inherent quā petr⁹ imarcessibilē vocat: q̄squis q̄ a dño ꝑquiri desiderat eternā patriā appetens in interna cordis plātatiōe virescat. g Nūq̄d volet rhi. ꝛc. Rhinoceros ē idomite nature: q̄ si capt⁹ tenet ilico morit. Designat aūt potētes huius secli. Et ē sensus: Nūq̄d volet rhinoceros suire tibi. subaudi: sicut ꝑ eos q̄ misero fuit mihi ad beati q̄ppe iob noticiaꝫ ꝑ humiliāda ei⁹ v̄tute deducit q̄ mira q̄n̄q̄ ꝑ ap̄los agāt: q̄ mūdū deo subijciūt: eiq̄ edomitā hui⁹ seculi potentū supbiā flectūt: vt tāto de se min⁹ estimet beat⁹ iob: quāto aggregari deo tā difficiles aīas ꝑ alios videt. h Aut mora. ꝛc. Presepe scriptura sacra nō incōueniēter accipitur in q̄ verbi pabulo animalia sancta satiātur. Deus aūt rhinocerōta ad p̄sepe suū religauit: vt vite pabulū bñ clausus accipiat qui pri⁹ ꝑ voluptatis campū vagabat. Iā enī p̄ncipes p̄dicamenta dominica libēter audiūt. ꝯstāter legūt. Sz q̄ post acceptū pabulū p̄dicationis rhinoceros iste fructū boni opis debet ostēdere. sequit: i Nūq̄d alligabis ꝛc. Principes enī dū deū in suis actib⁹ metūt q̄d aliud q̄ loris ligāt. Cuꝫ vero eā fide quā dudum ꝑsequendo impugnauerāt: nūc ꝓlatis legib⁹ p̄dicare nō cessant: tāq̄ aratri laborib⁹ insudāt. k Aut ꝯfringet ꝛc. Solēt exculte terre supiacentes glebe iactata semina premere: ꝛ nascētia suffocare: his illi signātur q̄ ꝑ duriciā suam nec ip̄i semina vendi recipiūt nec receptoꝝ seminum fructus alios ferre ꝑmittunt: atq̄ postq̄ oīpotēs princeps sibi subiugauit dura ꝑsequentiū infideliū corda cōuertit: vel cōtriuit: vel falsoꝝ q̄ in ecclesia quos potestas premit cū simplicitas ecclie ridetur: vt q̄si ꝯfracte glebe iā nō p̄merent: sed ad ꝑcepta verbi semīa resolute germinarēt: ita vt p̄ncipes nō solum credētes ꝑmaneāt: s; ꝛ alieni cordis duriciā celātes frāgāt. valliū aūt noīe mollia paupeꝝ corda dicit: que glebe. i. quidā duri superieci impediunt. l Nūquid fiduciā habe. ꝛc. In rhinocerontis fortitudine fiduciam dominus habere se asserit: q̄ vires quas tēporaliter terreno principi cōtulit ad cultum sue venerationis inclinauit. Nā quia a subiectis metuitur tāto facilius persuadet: q̄to ꝛ cuꝫ potestate indicat qui vere metuatur. m Et derelinques ei labores tuos. Labores suos huic rhinoceronti domin⁹ relinquit: quia ꝯuerso terreno principi eam quā sua morte mercatus est ecclesiam credidit: quia videlicet in eius manu quāta sollicitudīe paꝫ fidei sit tuenda cōmisit. Et est sensus: Ego vires terrenoꝝ principum meo cultui seruituras aspicio. Tanto ergo ea que nūc agis minora estimo q̄to iam p̄uideo: quia ꝛ maiores huius mundi potestates mihi inclinabo. n Nunquid credes ei q̄m ꝛc. Semen verbum p̄dicationis accipit area ecclesia: quis ergo crederet q̄d rhinoceros iste domīo sementē redderet: id est acceptum predicationis verbum operibus repensaret. Quis posset infirmorum credere: q̄ domini aream congregaret. Ecce post ea pro ecclesia leges ꝓmulgat: qui dudum ꝯtra eā ꝑ varia tormenta seuiebat. Audiat q̄ iob ne de sua potestate extollat: q̄d p̄ncipes faciāt ꝛ nequaq̄ se apud se de gloria tāte virtut⁹ extollat. Sed q̄ p̄ncipes magna se humilitate substernūt: praui qui dudū ꝯtra ecclīam apta aduersitate seuiebāt: nūc ad alia fraudis argumenta vertunt. vnde sequitur.

Pēna stru.

a s dom⁹ sunt q̄ deus inhabitat tabernacula. quando venit ad ea.
a b Cui dedi i solitudine dōmum: ꝛ a
a s salsugo accēdere solet sitim.
tabernacula ei⁹ i t̄ra salsūginis b
a s Sz cū paucis ꝑ angustā portā intrabit.
c Cōtēnit mūltitudinē ciuitatis: c†
a s graue rēptationū. b s diaboli vł vētri: d q̄ dicit specialiter: q̄ ip̄e muros. i. virtutes aīe destruit: victo ꝓximo facili⁹ vincit exterior hostis. c s consentiendo.
d clāmorem exāctoris nōn audit. d
a s q̄ inde vndiq̄ munit. b s his domitis superiora melius videntur.
e Circūspicit mōtes pāscue sue: et e
f virentia queq̄ ꝑquirit. Nunq̄d f
a s rhinoceros: in nare cornu. in natura fatuitas. in cornu elatio.
g volet rhinocerōs suire tibi: aut g†
a s in typo ecclie: sed q̄d est homini impossibile: deo ē facile: videat ergo ꝑ quem potest.
h morābitur ad p̄sepe tuū? Nūq̄d h
a s vt ego. b s sancte discipline.
i alligab ad arandū rhinōcerota i
a s sicut post me tui subdit⁹ est.
k loro tuo: aut ꝯfriget glebas val k
a s adhuc addit sublimia de potestatibus seculi vt iob de suis virtutibus humilia sentiat.
l lium post te? Nūquid fiduciam l m
s vt ego.
habebis i magna fortitudīe ei⁹:
m ꝛ derelinques ei labores tuos? n
n Nūq̄d credes illi q̄m semētē red o
dat tibi: ꝛ aream tuaꝫ ꝯgreget? p

talibus non tenetur. a Cui dedi in solitudīe domū. quia magis eligit habitare in deserto q̄ in optima ciuitate. b Et tabernacula eius. id ē habitatio eius. c In terra salsuginis. id est in terra solis ardoribus exusta: ꝓpt quā adustiones videt cōuerti in salis amaritudinē. sal enī ex adustione fre causat: vt habet i lib̄ro metbauroꝝ. c Cōtēnit multitudinez ciuitatis. magis appetens i deserto habitare. d Clamorez exactoris nō audit: id ē illi⁹ q̄ vellet ab eo exigere laborem in portādis oneribus: q̄d oīno respuit. e Circūspicit montes pascue: id est magis eligit de herbis camporū viuere q̄ de annona sibi ab hominib⁹ ministrata. f Nūq̄d volet ꝛc. Hic ꝯsequenter ponit exēplū de rhinoceronte q̄d ē animal habens vnū cornu in fronte. et alio nomine vocatur vnicornis. et est animal valde forte nec potest domesticari ꝛ ad laborem pro hominib⁹ applicari. īmo si aliquando capiat ex indignatione cito moritur: ita q̄ non potest hominib⁹ deseruire. ꝛ hoc est quod dicitur: Nunquid volet rhinoceros seruire tibi. sicut animalia domestica. g Aut morabitur ad presepe tuum. ad habendū ibi pabulum bonum. q̄si diceret: nō. q̄ magis eligit viuere i solitudine. h Nūquid alligabis rhinocerota. i. aīal q̄d i noīatiuo d̄r rhinoceros vel rhinocerō ꝑut d̄r rhinocerō facit rhinocerōtē in accusatiuo. rhinoceros facit rhinocerota. i Ad arandum loro tuo: id est cathena tua sicut ligantur boues in aratro. k Aut confringet glebas vallium cum vomere aratri. l Post te: id est sequens te sicut ductorem suum. Alio modo exponit hoc vltimū de quodam instrumento ligneo oblōgo ꝛ rotūdo quod trahitur sup terrā aratam ad cōminuēdum glebas nimis grossas: vt sic terra melius fructificet. m Nūquid fiduciam habebis i magna fortitudine ei⁹. vt ꝑ eā custodias possessiones tuas. Iđo subdit: n Et derelinques ei ꝛc. i. fruct⁹ a te elaboratos ad custodiēdū sicut aliq̄n dimittunt canes cū aliquo famulo ad custodiam talium. o Nūq̄d credes illi q̄m ꝛc. ex frugibus sic ꝯseruatis. p Et areā tuā ꝯgre. sicut cū boue ꝛ asino fruges ꝯgregāt in area. ꝛ oīa ista sunt negatiue dicta.

Penna

B a Penna strutionis ꝛc. Herodi⁹ ꝛ accipiter reliquas aues velocitate trāscendūt. Strutio vero pēne eoꝝ similitudinē habet sed volat⁹ eoꝝ celeritatē nō habet. A terra quippe eleuari nō valet. ꝛ alas quasi ad volatū specieten⁹ erigit: s; tñ nūq̄ se a terra volando suspēdit: ita hypocrite alas ꝑ figuras sanctitatis extendūt: sed curarū secularium pōdere ꝑgrauati: nullatenus a terra subleuāt. Strutiōis. Cui imane corpus rare pēne econtra herodio ꝛ accipitri: ita enī hypocrita si qua fac que leuant plura grauāt: sed veris p̄dicatorib⁹ multa virtus: parū culpe ꝛ solide sunt eis virtutes: vt ventos fauoris premant: illi rare q̄s aura transit. b Que dereliquit oua ꝛc. Progeniē terrenam. s. que fouēda diu est donec viuū volatile fiat: s; hypocrita loquēdo generat: viuēdo nō fouet bon⁹ etiā doctor ne insolescat: quia ꝛ sine eo de⁹ calefacit oua relicta: ꝛ i eo hoc repressō redit ad fatuitatē strutionis: vt infra: sed oua in terra dereliquisse ē nullum celestis vite exemplum filijs p̄bere: sed quia eos superna cura nō deserit. c Tu forsitā in puluere calefacies ea. Ac si dicat vt ego q̄ illa in puluere calefacio: q̄ sc; paruuloꝝ aīas i media peccātiū positas amoris mei igne succendo. d Obliuiscit q̄ pes ꝯculcet ea. In pede trāsit⁹ operatiōis intelligit. Strutio itaq̄ ossa sua deserens obliuiscit q̄ pes ꝯculcet ea: quia videlicet hypocrite eos quos filios generant derelinquūt: ꝛ oīno non curat: ne aut exhortatiōis sollicitudine aut discipline custodia destitutos prauorum operum exempla peruertt. e Aut bestia agri conterat. Ager mundus est. Bestia antiquus hostis: qui huius mundi rapinis insidians humana quotidie morte satiatur. Et est sensus: Si diabolus in hoc mūdo seuiens editos i bona conuersatione filios rapiat hypocrita omnino non curat. f Duratur ad filios ꝛc. Que enī charitat⁹ gratia non infundit proximum suum etiam si ip̄e deo hunc genuit extraneū respicit. Synagoga q̄q̄ q̄si non suos respicit: quos aliter viuere q̄ docuit ip̄a deprehendit. ꝛ durescente seuitia se in eorum cruciatib⁹ exercet. g Frustra laborauit nullo timore cogente. Hypocrite torpent a celestib⁹: flagrāt terrenis anxietatibus. Illic itaq̄ trepidauerūt. v. n. t. Qui sepe palatia irrūpunt p̄ncipat⁹ pulsant. dicunt se deum metuere: idcirco tāto studio defendentis aliorum patrimonijs insudare. h Priuauit eīn eā deus sapientia. Hoc repetijt subdēdo: nō dedit q̄d q̄ ꝓmisit quia priuauit. a Cuꝫ temp⁹ fuerit in altum ꝛc. Alas dicit pressas hypocrite cogitationes: q̄s cum temp⁹ fuerit in altum eleuat: q̄ oportunitate cōperta eas supbiēdo manifestat. Nunc autem quia se sanctum simulat: q̄ in semetip̄m stringit que cogitat quasi alas in corpore per humilitatē plicat. b Deridet equum ꝛ ascen. ei⁹. Equ⁹ vnicuiq̄ sancte anime ē corpus suum quod videlicet nouit: ꝛ ab illicitis cōtinentie freno restringere: ꝛ charitatis impulsu: in exercitatione boni operis relaxare. Equit⁹ noīe animā sancti viri exprimit. Deridet ergo hypocrita: quia cum in aperto iniquitatis irruperit: electorum despicit sanctitatem. Ascensor autez equitis domin⁹ est qui iusti animā possidens regit. Deridere v̄o est ascēsorē equitis ꝓsilire vsq̄ ad iniuriā creatoris. Sed iā aliter rhinocerontis virt⁹ ꝛ strutiōis fatuitas exponat. Potest q̄ ꝑ rhinocerontem: id ē vnicornē popul⁹ ille intelligi: q̄ dum de accepta lege inter cūctos homīes elationē sumpsit: q̄si inter ceteras bestias cornu singulare gestauit: de quo dicit: Nunquid volet rhino. s. t. Ac si dicat. Nunquid populū illū quem superbie innece fideliū stulta sua elatione cōsideras: sub iure tue p̄dicationis: in figura sancte ecclesie inclinas? Subaudis vt ego: q̄d i paulo factum est: qui etiā ad p̄sepe dei morat⁹ est: quia ruminare verba euangelij non dedignat⁹ ē. Loris quoq̄ dei non tm̄ a veritate restringitur: sed etiā ad arādum ligat vt iā hominū refectioni seruiens: aratrum predicationis trahat: qui in valle post dñm glebas fregit: q̄ in humili mēte fideliuꝫ quorūdā in quos iā dñs intrauerat: cum tñ nequaq̄ a pristina obseruatione recederēt: paul⁹ legis duriciā redarguendo cōtriuit. ne videlicet grana seminū q̄ excisus aratro fidei sulcus cordis acciperet: ꝑ custodiā l̄re pressa deperirēt. Nunq̄d fiduciā habebis in. m. f. e. In hui⁹ rhinocerot⁹ fortitudīe fiduciā deus habuit: q̄ quāto illū crudeli⁹ dura sibi inferētē ꝑtulit: tāto pro se constāti⁹ tolerātē aduersa p̄sciuit. cui labores etiā q̄s i carne ꝑtulerat dereliquit: q̄ ꝯuersū illū vsq̄ imitationem ꝓprie passiōis traxit: q̄ etiā semē deo reddidit: ꝛ areā. i. ecclīaꝫ ꝯgregauit: q̄ aūt in paulo dixim⁹ ꝛ i multis alijs facta credam⁹. Sz q̄ q̄d de elect⁹ dñs egit audiuim⁹. Nunc de reprobis audiam⁹. Iđo seq̄t: Pēna strutiōis silis ē ꝛc. Strutiōis noīe synagoga signat: q̄ alas leg⁹ habuit: s; corde in infimis repēs: nūq̄ a terra se subleuauit: ꝑ herodiū v̄o ꝛ accipitrē antiq̄ patres q̄ ad ea q̄ potuerūt itelligēda ꝑcipe valuerunt etiā viuēdo ꝑuolare. Pēna igit strutionis he. ꝛ ac. penne silis est. q̄ synagoge vox poꝝ doctrinā loquēdo tenuit s; viuēdo nesciuit. Que derelīq̄t in ter. o. s. In ouis aliud est q̄d cernit: aliud q̄d sperat. ꝑ strutionis q̄ oua synagoge carne editi ap̄li designātur. Qui dū se in mundo despectos exhibēt: sperare gl̄iam in sup̄nis docēt. Abiecti nāq̄ apud elatos in terra velut oua iacuerūt: s; in eis latebat vnde viuerēt ꝛ subleuati pennis spei ad celestia volarēt: q̄ oua strutio i terra dereliquit: q̄ synagoga ap̄los audire ꝯtēnēs vocāde gētilitati deseruit: hec dñs in puluere calefecit: q̄ viuos ap̄loꝝ fetus in illa abiecta dudū gētilitate suscitauit: q̄s etiā synagoga genuit a terra nō suspēdit. Obliuiscitur q̄. p. Tūc oua pes ꝯculcat: ꝛ bestia ꝯterit: cū i terra deserūt: q̄ hūana corda dum sup cogitare semꝑ que praua sunt agere appetūt: ad conterendū se agri bestie: id ē diabolo sternunt. Duratur ad filios suos. Synagoga quoq̄ quasi nō suos respicit: quos aliter viuere q̄ docuit ip̄a deprehendit: ꝛ durescente seuitia se in eorum cruciatib⁹ exercet. Frustra laborauit nullo ti. co. In labore quippe illaꝫ ꝑsecutiōes anhelare nō timor s; crudelitas coegit. Uel: Priuauit eīn eā ꝛc. C

Quia sciēs

a s horū timore pressi malū fingunt religionē ꝛ intus nocent. b s in colore.
a Pēnā strutiōis similis ē pennis a†
a s non in virtute. b s post speciem de oꝑibus dicitur quibus dinoscuntur.
b hērodij ꝛ āccipitri? Que derelīq̄t b c†
c oua sua i terra: tu forsitan in pul d
d uere calefacies ea? Obliuiscit q̄ e
e pes ꝯculcet ea: aut bestia agri cō f
a s q̄ mens ei⁹ sparsa ē ꝑ exteriora: s; boni mēs collecta vires viuēdi habet sibi: ꝛ his q̄s diligit. hypocrita v̄o itētus: extra frustra laborauit.
f terat. Duraf ad filios suos q̄si n̄ g
a s sed de exteriorib⁹ laborat.
g sint sui: frūstra laborauit nullo ti h i
a s no dare dei ē priuare: quasi nō iniuste abstulit sed iuste non dedit.
h more cogēte. Priuauit ei eā de⁹ k
s h q̄dez in pace tegit: s; in tēptatiōe aperitur: quod lupos sub specie ouis fuerit.
sapiā: nec dedit illi intelligētiā. l

Nico.de lyra

a Penna strutionis. Hic cōsequenter ponitur exemplū de strutione que est auis in pluribus mirabilis. in corpore enim q̄tuꝫ ad grauitatem assimilatur animalibus: quia per alas suas non erigitur in altum: sed solum iuuatur ad fortius currendum super duos pedes suos. ꝛ hoc est quod dicitur: Pēna strutionis similis est pennis herodij qui alio nomine dicitur gelfodius. b Et accipitris. gallice ostour: ꝛ vtraq̄ auis optime ꝛ celeriter volat. ꝛ ideo mirabile est q̄ pēne strutionis que sunt eis siles nō deseruiunt ei ad volatum. Aliud autez mirabile in strutione est q̄ oua sua abscondit in sabulo vt ibi per virtutem solis calefiant ꝛ pullificent: cuꝫ tamē alie aues naturaliter sint sollicite fouere oua sua: ꝛ pullos nutrire: ꝛ hoc est quod dicitur: c Que derelinquit in terra scilicet sabulosa. Oua sua. vt dictuꝫ est. d Tu forsitan i puluere calefacies ea? quasi diceret: non. sed virtute solis hoc fit ex diuina ꝓuidentia. e Obliuiscitur q̄ pes. sc; hominis transeuntis. f Cōculcet ea. quia videtur se habere ad modum obliuiscentis. eo q̄ non reuertitur ad fouendū oua sua. g Duratur ad filios suos: quia sicut videtur negligens in fouendo oua. ita in nutriendo pullos natos. Alij vero dicūt q̄ quando fracta testa oui vel ouorū apparent pulli: tunc eos recognoscit ꝛ nutrit: sed ꝓ tanto dicitur dura ad filios: quia non fouet oua vt inde enascantur. sed prima expositio magis concordat littere sequenti: cum dicitur: h Frustra laborauit concipiendo: eo q̄ non curat de natiuitate pullorum ꝛ nutritione: sed dimittit. i Nullo timore cogente. Alie enim aues diligēter custodiunt oua ꝛ pullos: ꝛ si aliquādo dimittant: hoc est ex timore alicuius superuenientis: qui vult matrem cum ouis vel pullis capere: sed strutio dimittit absq̄ tali timore. k Priuauit enim eam deus sapientia: id est naturali industria ad fotum ouorum ꝛ pullorum: qui est in omnibus alijs auibus. l Nec dedit illi intelligentiā. i. talez industriam que vocatur intelligentia: eo q̄ ꝓcedit ab intellectu diuino. sicut p̄cedenti ca. dictum est de gallo.

¶ Quia scīes humilitatē pdidit: etiā veritat' itelligētiā nesciēs amisit. a Cū tps fuerit. i. al. tē. i altū strutio alas erigit qñ suo ꝓditori synagoga: nō vt añ formidādo: ſz apte iā repugnādo ad aduēt̄ antixp̄i ꝺicit. b Deridet equū tē. De malis ad graniora venit. ꝓmū oſtdit q̄ bonus nō sit inde bonos despi/

a Cū tps fuerit in altū alas erigit: a†
b deridet equū t ascēsorē ei⁹. Mū/ b c†
d quid p̄bebis eq̄ fortitudinē: aut d e
e circūdabis collo ei⁹ binnitū? Mū e s
f q̄d suscitab eū q̄si locustas? Glo/ f b†
s ria nariū ei⁹ terror. Terrā vngu/ s i†
a ſ ibāt gaudētes a. tē. b ſ etiā cū nō queritꝫ.
b la fodit: exultāt audacter. In oc/ b k †
k cursuꝫ pergit armatis. Contem/ k †
l nit pauorē: nec cedit gladio. Su/ l k‖
a ſ cū deregit cōsilium.
m per ipm sonabit pharetra: vibra/ m n
n o bit hasta t clypeus. Feruēs t fre/ o p
a ſ q̄ descrimen belli nunciat.
p mēs sorbet rā: nec reputat tubę/ p q
q sonare clāgorē: vbi audierit buc/ q r†
a ſ hic pater q̄ de equo irrationabili nō agit.
b ſ exercitio minoꝫ interim se ꝑparans.
r cinaꝫ. dicēt: Vah: ꝓcul odora/ r s†
a ſ odorat.
tur bellum: exhortationē ducū v

ram ibis. Tube clāgunt cum hui⁹ sēculi ptātes loqui sāctos terribiliter ꝓhibēt. Quia igit predicator⁹ zelo fidei inflāmatos quoslibet peccatores ad se trahere nō desistit: ferunēs prouidubio terrā sorbet. Quia xo ꝓsecutoꝝ minas minime formidat: clāgorem tube sonare nō reputat. Nō solum aūt in laboribus ꝓseuerat: sed qđ maius est in laboribus exultat. vnde sequitur:

p Vbi audierit tē. Vah. sermo exultationis ē. Equus ergo audita buccina vah dicit: qz fortis ꝓdicator⁹ cum certamē passionis sibi ꝓpinquare cōsiderat de exercitio virtut' exultat. Sz nequaq̄ ad hoc passionis bellū incōcussus veniret: nisi eā dē passionem intenta meditatione ꝓueniret. vnde sequit: q Procul odorat tē. De ira: rixe: tumor: mētis: cōtumelie: clamor: īdignatio: blasphemia. De tristicia: malicia: rācor: pusillanimitas: desperatio: torpor circa ꝓcepta: vagatio mētis erga illicita. De auaricia: ꝓditio: fraus: fallacia: periuria: inquietudo: violētia: ꝓtra miscōiaꝝ obiurgatiões cordis. De vētris ingluuie: inepta letitia: scurrilitas: īmūdicia: multiloquiū: ebetudo sensus circa ītelligētiam. De luxuria: cecitas mētis: incōsideratio: incōstātia: p̄cipitatio: amor sui: odiū dei: affect⁹ ꝓsent' seculi: horor vel desperatio futuri. De his septē q̄nq̄ spūalia: duo carnalia sūt: ſ ira cognata sūt vt vnū ex altero ꝓferat: qz inanis gl'ia generat inuidiā. Inuidia irā. Ex ira turbata mēs tristat: tristicia nō habēs i se vñ letet fortis q̄rit t facit auaz. In carnalib⁹ de ingluuie nascit luxuria. Hec septē q̄si sub q̄dā rōne mēti se inferūt decepte: t ideo dicunt exhortari sequētia eoꝝdē dū ad oēm insaniā ptrahūt: bestiali clamore ꝓfundūt. Inanis em gl'ia suggerit posse vt plurib⁹ ꝓsit. Inuidia q̄si rōne oſtdit alios non supbiores vel pares ei. Ira suadet nō debere illata pati: ne ꝓsuescat inferri. Tristicia q̄si ꝓhibat nihil habere vñ gaudeat: cui oēs proximi ita sint ei amari. Auaricia dicit recte ꝗgregari: ne egeat t melꝰ expēdat qđ alij retinēt. Vētr' ingluuies dicit oīa īmūda i cibū a deo ꝓdita i donis dei ꝓtradici nō debere. Luxuria cuz breue sit tps t nescimus qđ sequī dicit nō debere ꝑdere qđ habemus. Si em deus coitū improbaret masculū t feminā nō fecisset. a Rūq̄d p sapiaz tē. Dicto p speciē eq̄ quātus sit q̄ fortis sanct⁹ ꝺ certamina icipit p speciē auiū q̄ru ꝓtēplatione volat. Per singulos em ānos accipit pēnā veterē noua nascēte ꝓicit. Quid est q̄ accipitrē i austro plumescere nisi q̄ vmbraticis sctōꝝ factꝰ spūsancti tactꝰ calescat: t vsū vetuste ꝓuersatiōis abiciēs: noui bois formā sumit. Et ē sensus: Rūq̄d cuilibet electo tu itelligētiā quā nec tu habes ex te ꝓtulisti: vt flāte sāctospiritu cogitationū alas expādit. ꝓfitēdo aperiat q̄tinus pōdera vetuste ꝓuersatiōis abiciat: t q̄ rtutū plumas in vsum non volat' sumat? Accipiter tpe austri veteres pennas deponit. b Rūq̄d ad p̄ceptū. t. tē. Hoc loco aq̄le noīe subtilis sanctorū intelligētia t sublimis eoꝝ ꝓtēplatio figurat: ad p̄ceptū dei elenat aquila: dū iussionib⁹ diuinis obtēperās in supnis suspēdit fidelīū vita: i supnis nidū ponit: qz habitationē mētis sue i abiecta t infima ꝓuersatione nō cōstituit. c In petr' ma. In sacro eloḡo cū singulari numero petra noīat. xps accipit. cū plurali sancti viri exprimūtur. Vñ petr⁹ vos tanq̄ lapides viui. 1. Pe. 2. Aquila itaq̄ in petris manere ꝺicit: qz in dictis antiquoꝝ t fortiū patrum mētis statione collocāt. Possunt etiā petre celestes ptātes intelligi: qz velut petre i arduis site ab oī motu qđ non

2. Cor. 11. c

arboꝛes mutabilitat' aliene sūt. Vir ḡ sanct⁹ phēnē angelorū gl'iaz ꝓtolat: atq̄ huic mūdo hospes illa appetēdo: ſ aspicit iā in sublimis figit. d In ꝓruptis sili. cōmo. Qui sunt ꝓrupti silices nisi illi fortissimi angeloꝝ chori? ꝓmpti enī sūt quia ps coꝝ cecidit: ps remāsit q̄ integri q̄dem stant ꝓ q̄litatem meriti sed ꝓ numeri quātitatē ꝓmpti. Eosdē inaccessas rupes dicit. Corde em peccatoꝝ hoīm valde inaccessa ē charitas angeloꝝ. Sz q̄squis ita ꝓtēplatiōe rapit' vt intētionē suā iam choris angeloꝝ interserat: nō ei sufficit nisi ei citra q̄ sup angelos est valeat videre. Sequit: e Inde ꝓtēplat' escā. Idē ex illis chozis angelicis tēdit oculū mētis ad gl'iam supne maiestatis: qz nō visa adhuc esurit q̄ tādē visa satiat. Sz qz carne grauati deū sicuti ē videre nō possum⁹. Sequit: f Et delōge oculi ei⁹ ꝓ. Ac si dicat: Sācti intētiōis acie fortiter tēdūt: ſz nec deū ꝓpinqui? aspiciūt: cui? claritatis magnitudinē penetrare nō possūt. Sz ipi p̄dicatores cū auditores suos xp̄i diuinitatis capē nō posse ꝓspiciūt ad sola incarnatiōis dñice verba vertūt. vñ sequit: g Pulli ei⁹ lābēt sā. Ac si dicerētur. Ipa q̄dē diuinitat' ꝓtēplatiōe pascit. ſz qz auditoris ei⁹ diuinitat' archana ꝓcipere nequaq̄ possūt: cognito crucifixi dñi cruoꝛe satiāt. Sā guinē lābere: est passiōis dñice infirma venerari. Sz qz p̄dicatoris aīa carne exempta ad eū mox ducit q̄ ꝓ nob spōte sua i mortē cecidit. Seq̄t: ¶ Et vbi.

Nico. de lyra

a Et vlulatū exercit⁹. qz vnus exercit⁹ in ꝓncipio ꝓgressus ꝺ aliū clamat fortit' ad aduersarios terrēdū. Oīa ista ꝓcipit equꝰ naturali industria sibi a deo data a q̄ fact⁹ ē i adiutoriū hois: non solū ad subuectionē: ſz etiā ad iusticie t reipublice defensionē. b Rūq̄d ꝓ tē. Hic ponit exēplū de accipitre q̄ habet mirabilē industriā i sui renouatiōe: q̄ flāte austro q̄ est vēt⁹ calid⁹ extēdit alas suas ꝺ calore solis: vt sic aperiāt' pori. t veteres pēne t plume decidāt t noue supnascāt': cū q̄b⁹ agili⁹ volet. t ſ ē quod ꝺr: Rūq̄d p sapiaz tuā plumescit accipiter: q. d. nō. ſz ꝑ diuinā sapiaz ipm ꝑdicto mō dirigētē.

c Rūq̄d ad ꝑ. tē. Hic vltimo ponit exēplū de aq̄la q̄ mirabilis ē i mult'. ꝓmo i volatu: qz alti⁹ volat ceter' auib⁹. t ideꝺr: Rūq̄d ad p̄ceptū tuū. i. fm dispositiōez diuinā: ſ em facit aq̄la ex industria naturali a deo sibi data. Cursus aūt naturalis rex ē q̄dā motio creature ad p̄ceptū diuinū. fm illꝺ psal. cxlvij. Ignis grādo niz gl'acies spūs ꝓcellaz: q̄ faciūt xp̄ū ei⁹. d Et in arduis po. tē. vbi nō ē accessus hoīm nec bestiaꝝ. t ſ ne pulli sui rapiāt' ab hoīb⁹ vl' a bestijs deuoꝛēt'. scꝺo aq̄la mirabilis ē i visu qz acute t delōge valde videt. Ideo subdit'. e Inde ꝓtē. tē. i. ꝑdaz ad sui t pullox nutritiōez: t qz cōiter accipit ꝑdā viuā. Ideo ſ ꝺdit: f Pulli tē. i. ō ꝑda ab ea occisa currētes. t qz aliqñ maxime tp̄e famis nutrit' moꝛticinijs vl' etiā moꝛticinis. iō ſ ꝺdit:

Et vbicūq̄

Universidad ... Biblioteca

a Et vbicunq̧ ca. fue. sta. a. vt illud. Ubicūq̧ fuerit. c. i. c. ꝛ. a. Alit. Ois q̄ peccati morte ceciderit pōt cadauer vocari. Sanct⁹ ꝟo p̄dicator vbi pec/catores esse cōsiderat: illuc anxie ꝓuolat: vt in peccati morte iacentib⁹ lucē viuificationis ostēdat. Auditis itaq̧ tot sanctorū virtutib⁹ beatus iob ob stupuisse intelligit: ꝛ sub admiratiōis terrore siluisse. nam sequit: b Ad iecit dn̄s ꝛ lo. ē ad iob. Uir sanctus hac districtiōe flagelli nō estimauit sibi merita augeri: ꝟ vitia rese cari: q̄ qꝛ ī se nulla cognouit ꝑcussum iniuste se cre/didit: ꝛ ꝑcutientē arguere est de ꝑcussione murmu/rare. Cōsiderās aūt dn̄s ꝙ ea q̄ ꝓtulit nō ex tumo/re sꝫ ex q̄litate collegerat vite: pie illū increpat. d. c Nūqd q̄ ꝯtendit ꝛc. Ac si aptius diceret: Qui tanta de tua actione locut⁹ es: cur audita sanctorū vita siluisti? Me aūt fuit arguere de ꝑcussione mea an fuerit iusta dubitare: ꝛ vera q̄dē de te dixisti: sꝫ q̄ tēderēt flagella nescisti: qꝛ si nō ē qd̄ corrigas: est q̄ crescat. Narraui de alijs: ꝛ si merita nouisti: illo/rū celsitudinē nō nouisti. Auditis igit illoꝝ ꝟtuti/bus si q̄d potes responde de tuis: sed iustus oīs at tendēs alioꝝ bona: q̄si de singularitate nō supbit. d Qui leuiter locut⁹ sū. Ac si diceret: sermonē me um defenderē si hūc cū rōnis pōdere ꝓtulissē. Aut postq̧ lingua leuitate vsa ꝯuincit q̄d restat nisi vt ꝯticendo refrenet. e Respōdere. Arguit de silē tio. vt p̄us d̄ locutiōe: si nescit cur cesus: silēs tñ ve neret qꝛ a iusto. f Manū meā po. s. ꝛc. i. hoc ꝙ districto iudici de sermone meo me displicuisse con sidero: ante eius oculos sub velamīe recti opis ab/scondo. g Unū locutus sū. Loqui nr̄m ē homi/nibus occultū sensū aperire. loqui vero nr̄m ad di uinas aures: ē motum mētis etiam expressiōe actio nis ostendere. Beatus vero iob locutione sua secū do se deliquisse confitetur. Unum enī loqui illicite est. res flagello dignas agere. Aliud vero loqui ē etiam de flagello murmurare. Et est sensus: Rectum quidēꝫ me inter homi nes credidi: sed te loquente ꝛ añ flagella prauum ꝛ post flagella me rigidū inueni. h Quibus vltra non addam. Quia iam nunc quanto te loquē/te subtilius intelligo tanto meipsum humilius inuestigo. Homo enim vici/nior luci sentit quod ante fuit: et quod iam gustat amplius amat. et quod subest indicat. et q̄ est dignior sibi videtur indignior. et longe esse q̄ ꝓrior.

Respondēs

ꝟ peccatorum conuersio iustoꝝ est refectio: vel christus iam sedens in celo.

a ꝛ vbicūq̧ cadauer fuerit stati ad a†
b est. Et adiecit dn̄s: ꝛ locut⁹ ē ad b
ꝟ vt tu dubitane an iuste ꝑcusserim
c iob. Nūqd q̄ contendit cū deo c
ꝟ vt tu vides alios pares: alios minores ꝛ ꝙ pena est augmentū meriti.
tā facile conquiescit? Utiq̧ q̄ ar d e
ꝟ si potest qd̄ in his auditis non potes.
guit deum dēbet ꝛ respōdere ei. f
ꝟ qui supauit amicos superatur a deo.
Respondēs autē iob dn̄o dixit: †
d e Qui leuiter locutus sū: respōde g h
ꝟ op⁹ teget sermonē: h̄ d̄ se dicit: ꝛ ī typo ecclie q̄ meritis vite tegit culpas lingue quā null⁹ po/test domare. ꝟ qd̄ iustum me credidi.
f re q̄d possum? Manū meaꝫ po/ i
g nā sup os meū. Unū locut⁹ sum k
ꝟ qꝛ te docēte didici nullā hoīs eē iusticiā. ꝟ ꝙ de flagellis dubitaui quasi minus patiēs.
qd̄ vtinā nō dixissem: ꝛ alteruꝫ l
h quibus vltra non addam. m

a Et vbicūq̧ cada. ꝛc. in q̄ notat velocitas sui volat⁹. b Et adiecit. Hic ꝯñter ponit ipsius iob ꝯfutatio inquātū ōñdit ipm nescire nec pos/se respōdere. ꝛ hoc est qd̄ d̄r: Et adiecit dn̄s. Au ditis enī p̄dict mirabilib⁹ iob obstupēs tacuit. et ideo dn̄s sup predicta adiecit qd̄ seq̄t cum d̄r: c Nūquid q̄ ꝯtēdit cū deo. i. qui vult cum eo cō tendere disputādo: sicut tu videbaris velle dixen/do: Disputare cū deo cu/pio. d Tam facile cō/quiescit. tacēs ꝛ nesciens respondere. e Utiq̧ q̄ arguit deum. i. facit argu mentationes ꝯtra deum. f Debet ꝛ respōdere ei. hoc autē d̄r: qꝛ iob supra dixerat deo. Aut tu loq̄/re et ego respōdebo tibi. ꝛ subdit humilis respon/sio iob cōfitēdo delictum suū. g Qui leuiter lo/cut⁹ sū. i. indiscrete ꝛ stul te. qꝛ lꝫ veꝝ dixisset: exces sit tñ in mō loquēdi. vt. s̄ dictū ē. h Ūdere q̄d possū. q. d. nihil: nisi cōfi/tēdo stulticiā meam. ideo subdit: i Manū meā ponā sup os meū: vt non aptat ampli⁹ ad sic loquē dum. k Unū locutus sum qd̄ vtinam non dixissem. illud fuit quod di/xit: Disputare cum deo cupio. l Et alterum. illud fuit ꝙ cōmemorando iusticiam suam vide/batur derogare diuine iusticie. m Quibus vltra non addam. diligenter de ce tero ab his ꝛ consimilibus precauendo.

Moraliter.

† Nūqd nosti tp̄s Ca. XXXIX partus ibicū ꝛc: Per ibices ꝛ ceruas quaꝝ conceptus sūt hominib⁹ occulti: significāt humiles nō dū tñ ꝑfecti qui bonos cōceptus ꝛ actus suos student abscon dere timētes ex h̄ inaniter gloriari. † Quis dimisit onagrū liberū ꝛc. per onagrū significat cōtēplatiu⁹ a seruitute carnis liber effectus. † Cui dedi in solitudine domū: id ē extra mul titudinis tumultū. vt vacare valeat circa vnū. † In terra sal suginis: id ē exusta ardore solis. nam anachorete in locis tali/bus habitabāt vt patet in collatiōib⁹ patrū. † Uocē exacto/ris non audit. qꝛ diabolo non obedit qui d̄r exactor Luc. xij. Et iudex tradat te exactori ꝛc. † Circūspicit mōtes pascue. meditando loca viriditatis eterne. † Nūqd volet rhinoce/ros ꝟuire tibi. subintelligit sicut mihi. rhinoceros habēs ī frō te vnūꝫ cornu significat monarchiā imperij romani. que serui/re voluit deo tēpore Cōstantini: ꝛ morari ad eius p̄sepe ꝑ sum ptionē eucharistie. ꝛ alligari iugo christi. ꝛ cōfregit glebas: id ē idolorū statuas ꝛ eius fortitudine p̄dicatores ecclie defensa ti fructum magnū fecerunt in ecclīa dei. † Penna strutiōis. Strutio que pēnas habet ad currendū velocius ꝑ terrā. sed non ad volandū hypocritā significat. qui habet alas scꝫ appa rentiam sanctitatis ꝛ deuotiōis quib⁹ festinat ad questū terre norū: sꝫ non eleuat ad amorem supnoꝝ. † Derelinq̄t in terra oua sua. ꝑ hoc enī ꝙ negligit oua fouere ꝛ pullos nutrire. sig/nificat ꝙ hypocrita vult esse singularis apparentie vt possit di cere illud Luce. xviij. Non sum sicut ceteri hoīm. † Cum tē/pus fuerit in altum alas erigit. qꝛ cum videt tempus aptū ad potētes huius mūdi decipiendū sanctitatē ꝛ deuotionē ꝓten/dit ꝛ sic eos decipiens illudit. † Nūquid p̄bebis equo forti/tudinem. subintelligit sicut ego. per equū cuius fortitudo de/scribit hic ꝛ audacia. significat quicunq̧ desiderans ex feruo re fidei martyrij supplicia. cui⁹ fortitudo non est ab homine sꝫ a deo. † Gloria narīū eius terror. nam ex respiratiōe celestiū mortem appetit que ē vltimuꝫ terribiliū. † Terrā vngula fo dit. nam oīa terrena cōtemnit. † In occursum pergit arma tis: id ē carnificib⁹ ad eius iugulatiōnē paratis. † Contem/nit pauorem: id est tormentorum horrorem. † Ubi audierit bellum. pro christo exhortantem. † Dicit vach. quod signi/ficat exultationem sicut Esa. xliij. Uach calefactus sum: vi/di focum. † Nunquid per sapientiam tuam plumescit acci/piter ꝛc. Accipiter cui⁹ pluma renouatur per hoc ꝙ expandit alas suas ad austrum. significat penitentem. cuius conuersa/tio renouatur per hoc ꝙ expandit intellectum suum: ꝛ affectū fideliter ad amorem diuinum. † Aut ad p̄ceptum tuum ele/uabitur aquila ꝛc. ad dei preceptum aquila subleuatur quā/do vir ingeniosus ad dei cōtemplationem subleuatur. † Et in arduis ponet nidum suū. quando in eius amore firmatur. † In petris manet: id ē cum angelis per studiū contemplati/onis qui dicunt petre ratiōe sue confirmationis. ꝛ silices ꝓp/pter eos qui ceciderunt de medio eorum. † Inde con/templat escam. desiderans clarā dei visionēꝫ. † Pulli eius lambunt sanguinē. pulli dicunt discipuli adhuc tamē imper/fecti. ꝓpter qd̄ adhuc vacant circa christi humanitatē meditā tes eius passionē. † Et vbicūq̧ cadauer fuerit statim adest. quia de altitudine cōtēplationis paratus ē descendere ad le/uandum peccatorem de putredine corruptiōis. sicut patet de Paulo qui post raptum ad tertiū celū descendit ad subsidiū peccatoꝝ. † Respondēs autē iob ꝛc. Licet iob vera dixerit vt patꝫ in fine libri per testimoniū dn̄i: tamē ꝯfitet hic se locu tū fuisse leuiter ꝛ infra vltimo ca. insipiēter. quia vix aut nūq̄ loquit homo de diuinis quin deficiat aliquo modo in senten tia vel verbis. ꝛ sic fuit de ip̄o iob: ꝓpter quod hic rep̄hendit ꝛ in principio ca. sequentis.

In ca. xxxix. vbi dicitur in postilla: Nūquid nosti tempus partus ibicum ꝛc.

Additio.

Scd̄m quosdam expositores hebreorū ra tio quare hic fit mentio de partu ibicum mag q̄ alioꝝ aīaliū ē: quia ibices sūt siccissime cōplexionis. ꝛ habēt viscera stricta similiter ꝛ meatus. ꝛ ideo part⁹ eaꝝ in quo dilatatio viscerū ꝛ meatuū maxime requiritur: est in eis valde difficilis ꝟm earum naturam: vnde ꝛ indigerent maxi me alicui⁹ artificij seu iuuamenti: qd̄ tñ non habent: quia nul lus obseruat tp̄a parturitionis eaꝝ. ꝛ tñ diuina ꝓuidentia sup/plet dans eis instinctū naturalē q̄ seip̄as adaptant ad partū: de q̄ dicit: Incuruant ad fetū ꝛ pariunt. Eadē enī rōne. s. ꝓpter sic/citatē cōplexionis ibi cum filij earū citius gradiunt sup terram ꝛ sepantur a matrib⁹ eo ꝙ carent humiditatū sup fluitatib⁹: que impedit motū ꝓgressiuū. vñ dicit: Sepa rant filij eaꝝ: ꝛ ꝑgunt ad pastū ꝛc. vñ ex ꝓuidētia diuina circa tales ꝓcedit ꝙ tā cito de pastu sibi possunt ꝓuidere.

b c Dulcis et rectus dominus: pro/ f g

a Hiero.correctionē vel charitatē q̄ iūgūt deo.

pter hoc legem dabit delinquē/

a nō extra viā fidei. b Aug.nō turbabit in iudicio. c Aug.qui ei non resistunt. tamen.

tibus in viā. Diriget mansuetos h i

a Aug.non eos qui precurrere volunt.

in iudicio:docebit mites vias su/ k l

a et si infinite. b Aug.illi intelligūt misericordē in p̄mo aduētu.iudicē in sc̄do.qui mites q̄runt testamentū eius cū sanguie suo nos redemit in nouam vitam:⁊ testimonia in prophetis ⁊ euāgelistis.

as.Uniuerse vie domini miseri/ m n

a si non alijs.his videatur.

cordia et veritas:requirentibus o

quod est iesus.

d testamētū eius ⁊ testimonia eius. p

a qꝛ dulcis ⁊ rectus p̄pter nomen. sicut orauī facies. b sacrificio spiritus contribulati.

e Propter nomen tuū dñe propici q r

a non solū donas peccata:que ante fidem:sed ⁊ illud quod multum est.s.post fidem. b quia in via fidei non deest offensio.

aberis peccato meo:multū ē eni. s

a Et cū ita sit. b rationalis. c Aug. vñ incipit venire ad sapiam. nō secur.

f Quis est homo qui timet do/ t

a ecce Aug.ne iam impune peccet.vel completionem legis. b fidei.

minum: legem statuit ei in viā v

a Aug.Quā liber app̄hendit: vel vt tutā elegit expertus p̄ flagella nō esse deuiandū ab ea.

g quam elegit.Anima eius in bo/ x

a opus habebit solidam hereditatem instaurati corporis.i.glorificati.

h nis demorabitur: et semen eius y

magis dñant tempe iuuētutis. a Et ignorātias meas.i.petā que sūt p̄ ignorantiā cōmissa. b Ne memineris.ad me puniendū.De petis p̄petratis ex certa malicia non loquitur:qꝛ petā que fecit ex certa scientia fuerūt facta post mortē saulis:vt homicidiū vrie et his similia. hanc vero orationē fecit existēs in p̄secutiōe saulis vt p̄dictū est. c Scd̄m misericordiā tuā.et nō fm̄ iusticiā meā. d Memēto mei tu.remittēdo culpā ⁊ dando gratiā. e Propter bonitatem tuā dñe. de natura ei boni est vt sit sui diffusiuum:⁊ ideo bōitati tue infinite condecens est:vt diffundat se erga penitentes:remittendo eis culpam et cōferendo gratiā. f Dulcis et rectus dñs.i.misericors ⁊ iustus:quia dulcedo misericordie sine rectitudine iusticie nō est misericordia: sed pusillanimitas:et iusticia sine misericordia est crudelitas.propter quod dicit Grego.in pastorali libro.j. Inesse bonis rectoribus debet iuste p̄sulens misericordia et pie seuiēs disciplina:ne iusticia sit aspera: et pietas sit remissa. Sit ergo amor:sed non emolliens.sit zelus.sed non exasperās.sit pietas:sed nō plus q̄ expedit parcens. g Propter hoc legem da.⁊c̄.que lex est:vt si vere peniteāt: misericordiam conseqn̄tur.sin autē: eternaliter puniantur: tanq̄ȝ sua misericordia abutentes. h In via.scilicet presentis vite:quia post mortem non est locus penitentie. i Diriget mansuetos.id est tractabiles ⁊ benignos:quia mansuetudo est quedā mentis tractabilitas. k In iudicio.id est in preceptis iudicialibus seruandis: per que homo bene se habet ad proximum. l Docebit mites vias suas.quantum ad cerimonialia precepta diuini cultus:p̄ que homo bene se habet ad deum. m Uniuerse vie domini.i. opera eius que sunt quedam vie deueniēdi in cognitionem ipsius. n Misericordia ⁊ veritas.id est iusticia:quia licet in aliquibus eius operibus magis appareat eius misericordia:vt in premiatione sanctorum:tamen ibi est etiam iusticia inquantū deus ordinauit:q̄ pro talibus operibus redderetur premium eternū.propter quod dicit ap̄lus.ij.ad Thimo.iiij.Bonū certamen certaui: cursum cōsummaui: fidem seruaui.ideo reposita est mihi corona iusticie quā reddet mihi dominus in illo die iustus iudex.Et similiter licet in aliquibus operibus magis iusticia appareat:vt in damnatione malorū: tamen ibi est misericordia inquantū punit citra cōdignum:quia tanta est offensa:quantus ille qui offenditur:et ideo in quolibet mortali peccato incurritur:d̄ rigore iusticie pena infinita etiam intensiue si posset esse. o Requirētibus testamentum eius.id legem a deo datā. p Et testimonia eius.p̄ oracula prophetarum. Illis enim qui scrutantur talia: apparet q̄ vniuerse vie dñi sunt misericordia ⁊ veritas.Vel aliter: Reqrētibus.i.custodiētibus legē et p̄bat monita:apparet p̄ experientiā diuiorum b̄nficiorum q̄ vniuerse vie dñi sunt misc̄dia ⁊ veritas:et h̄ magis p̄sonat lr̄e Hiero.iuxta hebreū q̄ sic h̄ȝ: His q̄ custodiūt pactū eius:⁊ testificationē eius.

30.q.1.c.de his. De pe.di.1. c.si petrū.i glo.

16.q.2.c. vos aūt.

13.q.2.c. admonere.in glo. De rescrip. c.sedes.in pun.

Ulterius concludit dauid petitionem suam de remissione peccatorum. dicens: q Propter nomen tuū dñe.i.propter declarationem bonitatis tue. r Propiciaberis peccato meo.ip̄m remittendo. s Multū est eni.i.excedēs facultatē virtutis mee ad satisfaciendūȝ:qꝛ de nullo peccato pōt homo satisfacere nisi ex dei dono.nulluȝ enī opus est satisfactorium absq̄ȝ diuina gratia factum. t Quis est homo q̄ timet dñm.Hic p̄sequēter dauid petit vite future degustationē.dicēs: Quis est homo ⁊c̄.timore filiali:⁊ p̄ p̄sequens p̄solatiōes eius sentiens. q.d.istud est summe desiderandū:cuius causa subdit cū dicit: v Legem statuit ei in via.s.legē diuinā:⁊ legē nature:que dirigūt in viaȝ iusticie:que est p̄ omnibus eligenda. x Anima eius in bonis demorabitur.s.in bonis diuine gratie ⁊ p̄solationis:a quibus p̄ peccatuȝ mortale non amouebitur. y Et semen eius hereditabit trā.hoc exponitur ab aliq̄bus de terra israel:quā habitauit ille p̄plus q̄diu deo debite seruiuit.Et inde fuit eiectus qñ ad idolatriā declinauit. vt p̄tȝ.iiij. Reg.Sed melius exponit de terra viuentiū.premiuȝ enim ē finis meriti: ⁊ per p̄sequēs melius ip̄o:quia finis est melior his que sunt ad finem.

opera autem

a Firmamentum est. Aug. Videt infirmorum timor:sed dñs est firmamētū timentibus eū:⁊ facit vt testamentū eius manifestetur illis. b Oculi.Salo.oculi sapient. in capite.i.in corde eius. c Semp̄ ad do.Aug.nec ante me ad pedes attēdo:q̄m ip̄e euellet. d Unicus.Cas.Plus amat.pauper plus dolet. e De necessitatibus.i.aduersis que necessaria sunt oībus q̄ pie i christo vi.vo. f Respice.August. tot boīm p̄ditio:sine dolore esse nō potest:⁊ iō p̄ eis orat. g Nō erubescam.Cas.Q.erue.et si non p̄pter aliud:vel iō ne cedat erubescentie q̄ sperani in te:⁊ qꝛ innocentes facti ⁊ recti bona op̄atiōe p̄ tribulatiōes adheserunt mihi:ideo qꝛ sustinui:⁊ tu libera eos deus israel. h In.⁊ rec.adhe. Cassi.Mali tolerati sunt.non adheserunt. i Israel.Aug. Populū quē ad tuam visionem preparasti.

Cas.Psalmus

a tandem. b interim vero.

a hereditabit terram. Firmamen/ a

a nō homo mutabilis. b timor dei dat firmitatem.humanus diffidentiā.

tum est dominus timentibus eum:

est hoc.

⁊ testamentū ipsius vt manifeste b

a cordis. Aug.qꝛ terrā nō intueor nō timeo terrena picula:qꝛ ip̄e quē intueor euellet. Hiero.id est oēs cōtuitus mei semp̄ ad dñm.

b c tur illis. Oculi mei semp̄ ad do/ c

a Aug.vitiorum affectus.vel de passione et morte q̄ tenet ligatos:⁊ est p̄ similitudinem dictū. qꝛ oculi mei sunt ad te.

minuȝ: quoniā ip̄e euellet de la/ d

a Cas.oculi sunt ad dñm mei scȝ ita dicentis:respice. ergo. b aspicientem te.

queo pedes meos. Respice i me e f

a qꝛ miser. b Cas.locus est misericordie: qꝛ nō p̄ plura distractus:sed in vnitate. Aug.nulla scismata vel hereses tenent ecclesiam.

d ⁊ miserere mei: quia vnicus et g h

a a mūdo vel hūilis. b ⁊ qꝛ. Cass.tnt calamitates mūdi q̄ carū anxietas ad cor p̄uenit.

pauper sum ego. Tribulationes i

a abūdante iniq̄tate ⁊ refrigescēte charitate.

e cordis mei multiplicate sunt:de

a Aug.qꝛ hoc mihi tolerare necesse est vsq̄ȝ in finē vt saluus fiam. b ⁊ gratam habe.

necessitatibus meis erue me.Vide k l

a Aug.qꝛ iactātia iusticie nō me ab vnitate abrumpo. b Aug.quo indisciplinatos mihi admixtos suffero.

humilitatem meā ⁊ laborē meū: m

a Aug.his sacrificijs placatur. b Aug.nō ea tm̄ que ante fidē feci:sed ⁊ que post fidem.

et dimitte vniuersa delicta mea. n

a Cas.conuerte vel Aug.fac sicut scis.

f Respice inimicos meos quoniā o p

a nō solum foris sed etiam intus in ecclesia.

multiplicati sunt: ⁊ odio iniquo q

a Aug.diligentē se b sȝ ab eis. in his q̄ h̄ȝ c Aug.ne declinē ad imitationē eorum.

oderunt me. Custodi animā me/ r

a Aug.a p̄plexitate qua mihi miscentur. b Aug.Si forte insurgunt contra me.

g am et erue me: non erubescam s t

a nō in me.

h quoniam speraui in te. Innocen v x

a non solū presentia corp̄is miscentur.sed cōsensione cordis.

tes ⁊ recti adheserunt mihi:quia y

a Aug.qꝛ nō defeci sequēs illos:sed sustinui expectans iudicium. b que foris ve intus.

i sustinui te. Libera deus israel:ex z a

omnibus tribulationibus suis.

Nico.de lyra

opera aūt meritoria sūt maiora bona q̄ hereditas terrena:⁊ ideo nō potest habere rōnē finis respectu op̄is meritorij.p̄pter qd̄ vbicunq̄ȝ in sacra scriptura p̄ op̄ibus virtutū p̄mittuntur bona terrena q̄si premiū: intelligūtur bona spūalia ⁊ eterna tanq̄ȝ p̄ncipaliter intenta. a Firmamentū est dominus timentibus eū. qꝛ stabilit tales in bono. In hebreo habet: Consiliū domini timentibus eum:⁊ in translatione Hiero.iuxta hebraicum habet:Secretum dñi ⁊c̄.Et in idem reuertit: quia dans aliq̄bus bonū consilium ip̄os firmat ⁊ stabilit.Et littera hec vltra magis p̄sonat sequēti. b Et testamētū ipius vt manifestet illis.qꝛ occulta legis diuine reuelant talibus. c Oculi mei semp̄ ad dñm. Hic cōsequenter dauid petit sibi liberationē a tribulatiōibus:vt quietius vacare possit p̄templatiōi ⁊ diuinis p̄solatiōibus dicens:Oculi mei semp̄ ad dñm.de cuius virtute p̄fido.iō subditur: d Q̄m ipse euellet de laqueo pedes meos.i.ab insidijs mihi p̄ saulē p̄paratis. e Respice in me.tu dñe pietatis affectu. f Et miserere mei.i.effectu. g Q̄m vnicus.respectu multitudis saulē sequētis.p̄ talē modū dr̄ cōmuniter:Rex est solus qñ habet paucā gentē secū respectiue. h Et pauper suȝ ego.respectu saulis:qꝛ ego sum fugitiuus:⁊ ip̄e est rex in p̄tāte p̄stitutus. i Tribulatiōes cordis ⁊c̄.qꝛ i fauorem saulis multi p̄seq̄bant dauid:sicut p̄tȝ.j.Reg.j.de ciphe is et habitatoribus ceile. k De necessitatibus ⁊c̄.i. tribulationibus imminētibus p̄ quas necesse habeo trāsire. l Vide humilitatē meā.in corde. m Et laborem meū.in corp̄e. n Et dimitte vniuersa ⁊c̄. acceptando ista pro satisfactione. o Respice inimicos meos.ad eos reprimendum. p Quoniā multiplicati sunt.⁊ ideo nō possum euadere nisi per tuum adiutoriū. q Et odio iniquo oderunt me.scȝ eo q̄ tua sancta voluntate ordinasti me regnare.Et quia p̄sequuntur me pro bono opere quod feci cum saul ⁊ populo eius pro eis exponendo me periculis: vt patet.j.Regū.in pluribus locis:⁊ sic reddunt mihi mala pro bonis. r Custodi animam meā.i.vitam meam:quia anīa viuificat. s Et erue me.de periculis mihi preperatis. t Non erubescam.captiuus ab aduersarijs. v Quoniā speraui in te.qꝛ tu es p̄tector in te sperātiū. x Innocētes ⁊ recti ⁊c̄.licet aūt i p̄ncipio fuge dauid aliq̄ oppressi debitis adhesissent ei:vt habet.j.Reg.xxij.tamē postea multi boni ⁊ iusti p̄siderantes ip̄ius saul maliciam ⁊ dauid innocentiā de diuersis tribubus israel venerunt ad dauid adherētes ei:vt h̄r.j.Paral.xij. y Qꝛ sustinui te.i.p̄pter te iniquā saulis p̄secutionē:⁊ quia ad bonū principem p̄tinet nō solum bonū propriū optare:sed etiā cōmune.ideo subdit dauid dep̄cando: z Libera deus israel.i.bonos de p̄plo israel. a Ex oībus tribulatiōibus.i.corporalibus et spūalibus. Moralit̄ posset exponi ps̄. iste de quolibet fideli existente in afflictione spūali a deo petente liberari:q̄ debet facere easdem petitiōes cū ipso dauid.

Ps̄. XXIIII

Moraliter.

[Ad te domine leuaui animam meam ⁊c̄.] Psalmus iste fm̄ litteralem sensum est oratio dauid pro sua liberatione a saulis p̄secutione.p̄ qua plures alios psalmos fecit.nam illa persecutio longa fuit.saul autē interpretatur abutēs:⁊ ideo signat diabolum qui bonis naturalibus abutitur ad maluȝ.propter quod psalmus iste moraliter exponi potest de quolibet fideli petenti a demonum p̄secutione liberari:⁊ diuiditur in quattuor partes.quia primo petit diuinam directionem dicens: [Ad te domine leuaui animam meam.] per deuotionē. [Deus meus in te cōfido.] propter tuam bonitatem. [Non erubescā.] victus a demone per culpam. [Neq̄ȝ irrideant me inimici mei.] id est satellites diaboli:qui sunt homīes maligni. [Etenim vniuersi qui sustinēt te.] id est illud quod eis imponis sustinent patienter. [Non cōfundentur.] eternaliter sed honorabuntur. Consequenter ostendit qui debent sic confundi.dicens: [Confundantur omnes iniqua agentes:superuacue.] id est peccantes ex placentia mali:et sine vtilitate temporali.de quibus dicitur Prouerbiorū.ij. Qui letantur cum malefecerint: et exultāt in rebus pessimis. f.55. Consequenter format suam petitionem . dicens: [Uias tuas domine demonstra mihi:⁊ semitas tuas edoce me.] Homo nanq̄ȝ ad finem supernaturalem ordinat.propter quē indiget vt a deo specialiter dirigatur. ideo sequitur: [Quia tu es deus saluator meus.] id me diriges in salutē. [Et te sustinui tota die.] expectans tuam directionem. [Reminiscere.] Hic secundo petit impedimenti remotionem.dicens: [Reminiscere miserationum tuarum ⁊c̄.] quas fecisti patribus sanctis.quasi diceret.consimiliter facias nobis. [Delicta iuuentutis mee:⁊ ignorantias meas.] quo tempore vigent passiones et ignorantie: p̄pter defectū experiētie. [Ne memineris.] scȝ ad puniendū. [Scd̄m misericordiam tuam memento mei tu.] dimittendo peccatuȝ. [Propter bonitatē tuā.] ⁊ nō p̄pter iusticiā meā. [Dulcis ⁊ rectus dñs.] id est misericors ⁊ iustus. [Propter hoc leges dabit delinquētibus in via.] conditionatā sua misericordia et iusticia. [Diriget mansuetos in iudicio.] ne p̄pter suauitatē mansuetudinis declinēt a regula veritatis. [Docebit mites vias suas.] sicut dicit Matth.xj.Discite a me:quia mitis sum et humilis corde ⁊c̄. [Uniuerse vie domini misericordia ⁊ veritas:requirentibus testamentum eius.] inspicientibus enī vetus ⁊ nouū testamentum apparet q̄ in omnibus op̄ibus dei simul cōcurrūt misericordia ⁊ iusticia.licet iusticia plus appareat in

aliq̄bus

Universidad de
Biblio

aliquibus vt in punitione damnatorum: tamen est ibi miseri/cordia qr punit citra condignũ: et misericordia in aliquibus vt in premiatione beatorum: tamen ẽ ibi iusticia qr p̄miat sm meritũ [Propter nomẽ tuũ dñe ꝓpitiaberis peccato meo] nõ pro meo merito. [Multũ est em] .i. transcedens q̃cquid posset opari [Quis ẽ homo. ꝛc] Hic petit future beatitudinis p̄gustationẽ. d [Quis ẽ homo q̃ timet dñm] scꝫ timore filiali q.d. talis pcipit ꝯsolationes dei. [Legẽ statuit ei] scꝫ euã/gelicã q̃ introducit ad beatitudinẽ. [Quã elegit] s. timẽs deũ: ideo subdit. [Aĩa ei9 in bonis demorabit] s. gratie in presenti et glorie in futuro. [Et semẽ ei9] id ẽ mutator ipsi9 [Hereditabit terrã] viuentiũ. [Firmamentũ ẽ dñs timẽ/tibus eum] nam ipsi totaliter innitunt ei. [Et testamentuꝫ ipsi9 vt manifestet illis] testamentũ est ps defuncti: dñs autẽ est pars iustorum manifestandus eis in clara visione beatoruꝫ [Oculi mei] Hic petit liberatio a pssuris ad habendũ q̃e/tioreꝫ contemplationẽ et suauiorẽ degustationem. iõ dicitur: [Oculi mei semp ad dñm] sicut existẽs in piculo ad saluato/rem suũ. iõ subdit: [Quoniã ipe euellet ꝛc. Respice in me et miserere mei: qr vnicus ꝛc] id ẽ impotẽs respectu multitudinis demonũ et satellitũ suorum. iõ subdit. [Tribulationes cordis mei multiplicate sunt] p tẽptatiões demonũ ꝛ psecutões hoim malorum [De necessitatibus meis erue me] id est de angustijs meis. [Uide humilitatem meã] interius. [Et laborẽ me/um] exterius. [Et dimitte vniuersa delicta mea] propter ista que patior sine causa. [Respice inimicos meos] ad reprimẽ/dum eos. [Custodi animã meam] ab eorum insidijs. [Non erubescam] victus ab eis. [Innocentes et recti adheserũt mi/hi] compatiendo. [Quia sustinui te] ꝓpter te patiẽdo. [Li/bera deus israel] id est populum tibi deuotum. [Ex omni/bus tribulationibus suis] spiritualibus et corporalib9 vt ser/uire tibi possit magis quiete et deuotius.

Glo. ordi.

a Cassi. Psalmus iste monet vitari ꝯsortia ini/quorum: tũgi iust: qr ex cõ/uictu mores formant.

Ps. XXV

De pe. di. 2 § oppõit. vltra medi um. et. c. si cai. q. do. b I Udica. Aug9. qr post miscdiaꝫ ha/beo innocẽtie me/ritũ: cui9 viã custodiui. nec tñ sic in me: s in deo sperãs pmanebo. Quia dõ q̃si boni nolũt inter malos esse: scismatici et peiores sũt: ꝛ vt palee iã ante ipam ventilationẽ a vento supbie rapiunt. Cas. Judica. nõ ẽ pre/sũptio iusti: s certitudo miscdie dei. qd ibi osten/dit: in dño sperans dein de nõ infirmabor. c In innocẽtia. Aug. nõ angelorum sed qualis ẽ hoim. d Proba me. Cas. i. pus vires inspice. ꝛ tũc vt ferre valeo: tem/

24. q. 1. c. cũ quibus. ptari pmitte. Aug9. Sꝫ ne q̃d occultorum meorum la/teat me. iudica me nõ ti/bi: sed mihi: ꝛ oib9 adhi/bens purgatoriũ dlecta/tionib9 ꝛ cogitatiõibus. qr ne illo igne cõsumar: nõ merita: sed miscdiam q̃ talẽ me fecit attendo. Cassi. Proba me. Tu vero pba in tẽptatiõib9 ne q̃d delicti remaneat. Aliter negligentes esse/mus: tẽptat de9 vt erudi/at. diabolus vt seducat. hõ vt discat qd nescit. Aug9. Hic pfect9 preca/tur tribulatiões ne quis de eis murmuret.

a § attribuit. § Cas. perfecto viro q̃ dicit se nõ habere partẽ cũ iniquis: et petit ab eis discerni.

a **Psalmus dauid.** XXV

a § Aug. discerne a malis q̃ simul nobiscũ sunt in ecclia: ne sit eam9 in ignem eternum. b § Quare.

b **I Udicã me dñe: q̃uoniaꝫ** a b

a § Aug. nõ est elatio: sed nõ ingrati confessio.

c **ego in innõcẽtia mea in** c

a § viã morum vel iter peccatores. b § Aug. Aliter inter malos titubaret: qr et si cadũt. iste stat. q̃ non in eis: sed in deo sperat.

grẽssus sum: et ĩ dñõ sperans nõ d

a § inter peccatores.

d **infirmãbor. Proba me domine** e

a § ne quid mali delectet.

e **ꝛ tempta me: vrẽ renes meos et** f

a § ne quid male cogitem.

f **cor meum. Quoniam misericor/** g h

dia tua ante oculos meos est: et

a § Aug. inter9 vbi vides nõ timeo: s displiceã vbi hoies vidẽt. § me delectãt bona: q̃si ds se ĩ speculo videat. b § et Aug. cor nõ apposui illis q̃ ꝓuident beati fieri in trãsitorijs: que est causa omniũ iniquitatũ. § non consensi et si intraui.

g h **cõmplacui in veritate tua. Non** i k

a § tractatũ malorũ vitaui. facta non incepi.

sedi cum cõnsilio vanitat[is]: ꝛ cum

a § Aug. nec icipiã: et si sum int eos. § cõsciẽtiã non habebo.

iniqua gerentib9 nõn introibo. l

a § sꝫ. nõ sat ẽuitasse. § Aug. cõgregationẽ q̃ fit vt veniat ad cõsiliũ vanitat. b § et si de nob sũt

i **Odiũi ecclesiam mãlignantium:** m

a § placitum non habebo. b § mũda faciam opera mea. § sed

k **et cum impijs nõn sedebo. La/** n o

a § Aug. q̃bus amplexabor sublimia tua. Hiero. altare celeste quo sacerdos xps p nobis introiuit: vt audiam vocem laudis que canitur ab angelis scꝫ sanctus sanctus sanctus.

l **uabo inter innocentes mãnus**

Nico. de lyra

a I Udica me dñe qm ꝛc. Huic Ps. XXV ps. premittitur talis titulus in hebreo: Da/uid. nisi q premittitur littera lamech ad de/signandum q Dauid est datiui casus. Jn transla/tione Hierony. iuxta hebraicum nihil preponitur. ptꝫ aũt snĩa hui9 tituli ex ps. p̄cedenti. Dicũt autẽ aliq̃ q dauid fecit hũc ps. fugiens psecutionẽ sau/lis ꝛ petens ab eo liberari. vnde. j. dr: Ne pdas cũ impijs de9 aĩam meã: ꝛ cũ viris sanguinũ vitã me/am. De materia tñ hui9 ps. determiata non inueni aliqd notabilit dictũ: ꝓpter quod saluo meliori iu/dicio videt mihi q iste ps. sit exponẽd9 de statu da/uid qñ post mortẽ saulis de respõso dñi intrauit re/gnũ manẽs ĩ hebron cũ adherentib9 sibi. vt habet ij. Reg. ij. Et qr sola dom9 iuda seq̃bat ipm dauid: reliqu9 aũt pp̃ls erat cũ isboseth filio saul. iõ dauid 3.138. orauit: vt stat9 su9 ꝓsperaret. Igit sm h ps. iste di/uidit in duas partes. qr p̄mo dauid petit se ꝓspera/ri in bonis. scdo p̄seruari a malis. ibi: Ne pdas cũ impijs. Prima in duas. qr p̄mo petit ꝓsperitatem in statu regni. scdo in cultu dei. ibi: Lauabo. Circa p̄mũ dicit sic dauid: Judica me dñe. i. causaꝫ regni termina p me. b [Qm ego ꝛc. i. absq̃ p̄sumpti/one ꝛ ambitiõe. c [Jngressus sũ. regnũ p tuũ re/sponsum. d [Et in dño sperãs ꝛc. sm q dicit. ij. Re. iij. dauid ꝓficiẽs sp seipo robustior. dom9 aũt saulis decrescens q̃tidie. Et qr innocẽtia dauid de ingressu regni nõ erat oib9 nota. iõ petit eã manife/stari. d. e [Proba me ꝛc. pbatio aũt ꝛ tẽptatio ad hoc ordinat: vt aliq̃d ignotũ manifestet ipi tem/ptanti: ꝛ sic hõ temptat aliũ. deo aũt nihil est igno/tũ: ꝛ iõ nõ temptat vt sibi aliq̃d manifestet: sꝫ alijs: sicut Gen. xxij. dr. Tẽptauit de9 abraam ꝛc. qr per h q ad p̄ceptũ dei parat9 fuit filiũ ĩmolare: notuꝫ fuit alijs bonũ obedientie sue. sm q pleni9 dictũ fu/it ibidẽ. Et h modo petijt dauid se tẽptari a domi/no deo: vt ei9 innocẽtia fieret alijs manifesta: vt sic li/benti9 se eis subijcerẽt: ꝛ sic factũ fuit. qr p h q da/ 3.72. uid in morte abner fleuit ꝛ ieiunauit: cognouit po/pulus ei9 ꝛ israel vniuersus q nõ fuisset interfect9 de scitu eius: sm q habet. ij. Reg. iij. Et cognouit omne vulgus ꝛ vniuersus israel in die illa qm non actũ fuisset a rege vt occideret Abner. Similit per hoc q nõ fuit letat9 de morte isboseth regis: s ma/gis interfectores eius morte puniuit: vt habet. ij. Reg. iiij. notũ fuit oibus q nõ ex ambitiõe vel presumptione querebat re/gnũ sed ex diuĩa ordinatione. ꝓpter qd statim subdit ca. v. Qm vniuerse tribus israel venerũt ad eũ in hebron: vt vngerent euꝫ regẽ. Et quia ad p/fectam innocentiã requirit mundicia cordis ꝛ corporis. ideo subditur: f [Ure renes meos. preseruãdo me a peccatis carnalib9. g [Et cor me/um. preseruãdo me a peccatis spũalib9. h [Qm misericordia ꝛc. ipam iugiter meditando. i [Et cõplacui ꝛc. in ipa delectãdo. ideo supple: k [Non sedi ꝛc. i. cũ hoibus p̄sumptuose incedere volẽtibus querẽs ab eis ꝯsiliũ de modo intrãdi regnũ. l [Et cũ iniqua ꝛc. i. cũ ioab ꝛ abysai ꝛ eorũ cõplicibus q̃ inique interfecerũt abner. m [Odiui ecclesiã ma/lignantium. s. rechab ꝛ baana: qui erant principes latronũ: ꝛ insidiose oc/ciderunt dñm suũ isboseth. ij. Reg. iiij. n [Et cum impijs ꝛc. qr talibus non fauit: sed magis eos interfici iussit. o [Lauabo. Hic ꝯsequẽter pe/tit ꝓsperitatem in cultu dei dicens: Lauabo ꝛc. i. vtinam lauem. Hebrei enĩ nõ habent modũ optatiuuꝫ: sed vtunt pro eo futuro indicatiui. Per manus aũt

e [Ure renes. [Aug9. Igni verbi tui: cor calo/re spũs. Cor p cogitationib9. Renes p delecta/tionib9. f [Misericordia. Cassio. Que nõ sinit temptari sup vires: vel ipsa vstio est misericordia nõ aspiras. g [Cõplacui. Aug9. Cui displicet mẽdaciũ suũ: ꝛ placet veritas dei: placet ipe cũ il la ꝛ ĩ illa. h [Nõ se. Cas. cõplacui ĩ veritate. qr nõ sedi. Odiui. qd ẽ vitare mala. Et lauabo. qd ẽ agere recta. [Uanitatis. Cas. Uani q̃ de caduc/reb9 laborãt: ipi heretici q̃ scripturas puertũt. il/li sup flua q̃rũt. hi venenosa. i [Malignãtiũ. Cas. q̃ mala primis agũt. k [Lauabo. Augus. Penitẽdo. Et altare. mẽtẽ vtutib9 ornabo: vel fi/dẽ: qr nõ ẽ loc9 veri sacrificij extra catholicã eccle/siã. l [Inter ino. Aug9. Cõuersans. Ut audi/ am. ab eis./

am ab eis. i. vt discã q̃ voce sis laudãd9: vel vt audiã. venite benedicti pris mei. a [Uoce. Spũsscti. qui docet laudare te. b [Dñe di. Cas. petit ne malis ĩ iudicio mi sceat: qr nõ eis sed ꝯcordat domui dei. c [Dilex. de. Cas. Hec iõ faciã: qr di/lexi me facere de/rã domũ tibi: ꝛ lo/cũ ĩ quo gliose ha/bites: vt de glia ꝛ essentia dei aliq̃d capiã. d [Ne pdas. Cas. Et si mõ simul esse pateris ne perdes simul. [Cas. Ne pdas ĩ futuro. Cũ ipijs q̃b9 hic nõ coico. [Aug. Jn area p̄ palea nõ vident a longe grana: sic ꝛ opinio est abun/dãte iniq̃tate mul/torũ nullũ esse bo/

3. Re. 19. c nũ: q̃ fuit in helia qñ dixit: dñe dere/lictus sum solus. e [Dextra eorum re/pleta ẽ numerib9. Aug9. i. si q̃d bo/ni agũt ꝓ muneri/b9 faciũt vl dextra rõ eorum p̄sitib9 bo/nis remunerata ẽ: ego ecõtra: ꝛ iõ re/die vidit iste p̄ciũ sanguis xpi q̃ mũ/dus redimit. Et iõ ait: Redime me ꝛ misere. m. miseri/cordia ĩ oib9 comi/tet qd debes. qr. f [Pes. i. affectio q̃ facile labi solet: stetit ĩmobilis ꝯ oĩa scãdala tẽdẽs vltra ꝛ p sistẽs in directo: ꝛ qr sic re/dimis ĩ ecclijs bñ/dicẽs. g [Stetit. Cassi. Etsi vndiq̃ cõcussus vel cõfu/sus scãdalis. h [Jn finẽ. Aug9

1. Re. 16. c Cassi. Primo da/electus a samuele vnctus est in do/

2. Re. 2. a. 6. a mo patris. Scdo in hebrõ: ꝛ regna/uit ibi sup tribũ iu/da septẽ ãnis. Tã/deꝫ saule iã regni detrimẽtũ patiẽte ꝛ suis ĩtereũtib9: vnct9 ẽ ĩ regẽ toti9 ppl'i: s due extreme ꝓ vna reputãt: post p̄mã ho/stes habuit: his ĩpfecta cadẽtib9 vnctiõe secure regũit: sic ecclia post baptismũ q̃ est p̄ma vnctio hꝫ hostes. ĩ dissolutiõe corpis pereũt. [Aug9. Oli due psone vngebãt: rex ꝛ sacerdos ĩ q̃b9 figurat vn9 xps rex ꝛ sacerdos. Nos aũt sum9 corp9 xpi ꝛ in eo xpi. Nobis q̃ ẽ vnctio mõ ĩ sacramẽto q̃ p̄ figurat q̃d futuri sum9. ꝛ iõ dr: Priusq̃ li/niret. vñ in sacramẽto gemẽs ꝛ laborans vt in re gaudeat. Ps XXVI d Omin9 illumi. Cas. De p̄ma vncti/one p quã certificat scda hic loq̃t. Dñs ꝓtector

a § Aug9. vbi deo vota offerunt.

meas: ꝛ circũdabo ãltare tuum a

a § Aug9. discã quomodo te laudẽ: nõ ex ipso bono de me presumam.

a **domine. Ut ãudiam vocem lau/** b

a § Aug9. cũ didicero exponã alijs.

dis: et ẽnarrem vniuersa mirabi/ c

a § nõ mea. b § Aug9. in sanctis: ꝛ si adhuc ecclesia habet malos. § bonos actus. § et.

b c **lia tũa. Domine dilexi dẽcorem** d

a § decorẽ. § arcanũ pectoris. b § Aug9. vbi habitãs glificaris: vt nõ sibi sꝫ tibi det glia. ꝛ iõ nõ simpliciter habitatiõis: sꝫ vbi habitat glia.

domus tue: et locũm hãbitatio/ e

a § Aug9. ergo retribue. § nõ nocebit malorum cõmixtio: qr nõ errat deus in inditio.

d **nis glorie tue. Nẽ perdas cũ im** f

a § qui te oderũt. b § Aug9. que dilexit decorem domus tue. c § Cas. qui ꝓximũ oderũt. Aug9. Nã duob9 p̄ceptis dom9 tua decorat.

d § Cas. qui carnaliter viuunt.

pijs de9 ãiam meã: ꝛ cũꝫ viri san g h

Aug9. quorũ opera sunt iniqua.

guinũ vitã meã. Jn q̃uorũ mani i

a § Cas. Q. q eis datũ ẽ ad accipiẽda cẽna cõuertũt ad seculi dona: estimãtes questũ eẽ pietatẽ.

e **b9 iniq̃tates sunt: dẽxtra eorũ re** k

a § Aug9. pecunie laudis timoris iniuste misericordie: sed beat9 q̃ excutit manũ ab omni munere. b § illi muneribus: ego diuitijs innocentie.

pleta est mũnerib9. Ego aũt in i/ l

a § Aug9. valeat mihi ad pfectionẽ liberationis p̄ciũ tanti sanguinis. § Aug9. nõ deserat misericordia tua in hui9 vite periculis.

nocẽtia mea ĩgressus suꝫ: rẽdime

a § Aug9. dilectio mea nõ recessit a iusticia tua.

f **me ꝛ miserere mei. Pẽs eñ me9** m

a § qr multe in mũdo. b § Aug9. dilection ĩ tue adiũgo dilectionẽ ꝓximi: non occultabo eis quos vocasti benedictionẽ tuã vt p me bñdicaris.

g **stetit in directo ĩ ecclẽsijs benẽdi/** n o

a § non me.

cam tẽ domine.

a § future cõsũmationis. b § attribuit. c § cuilibet fideli. d § id est agẽs d hoc qd ẽ ei ante pfectã vnctionẽ anteq̃ hostes haber.

b **In finẽm psãlm9 dãuid priũs**

a § secundo.

q̃ liniretur. Ps. XXVI

a § habitãs in me. § Aug9. cõtra tenebras. § post hãc vitã. § Aug9. Q. noticiam sui dedit et salutem.

i **D Omin9 illuminatio mea** p

manus aũt designant opã: eo q man9 ẽ organũ organorũ: vt dr. iij. de aĩa. ꝓ hoc aũt petit dauid sanctitatẽ vite: q̃ requirit ĩ cultu dei. iõ subdit: [Et circũdabo altare tuũ dñe. i. veniã ad offerendas oblationes ꝛ sacrificia: tñ p sacerdotes ad quorũ officiũ spectat talia offerre. b [Ut audiã vo. laudis. qr in talib9 oblatio/nib9 leuite cãtores cãtabant diuinas laudes. c [Et enarrem vniuersa mirabilia tua. i. faciã enarrari p leuitas: qr dauid fecit cãtica a leui/tis decãtãda: vt hr. j. Paral. xvj. et. j. Esdre. iij. d [Do/mine dilexi decorẽ dom9 tue: ꝓpter h em̃ adduxit arcã te/stamẽti in hierl'm iuxta domũ regiã vt haberet cultũ dei ꝓpe se. Et fecit eam introduci intra tabernaculum quo ei tetenderat ꝛ p̄parauerat magnifice: vt habet. j. Paral. xv. Et voluit ei etiã edificare domũ cedrinã: vt habetur. j. Paral. xvij. sed dñs fecit h edificiũ retardari vsq̃ ad tẽpus salomonis filij sui. Dauid tñ p̄parauit impẽsas. vt hr. j. Paral. xxix. Et dedit salomoni descriptionẽ tẽpli ꝛ oĩm edificiorũ ꝛ vtẽsiliũ. e [Et locũ ꝛc. i. locũ q̃ vocat sanctũsanctorum: in quo erat arca testamẽti ꝛ ꝓpitiatoriuꝫ qd erat quasi sedes dei: sicut pleni9 exposui. Exo. xxv. f [Ne pdas. Hic ꝯsequẽter dauid petit p̄seruari a malis dicẽs: Ne pdas. i. perdi pmittas. g [Cũ impijs. i. cum male se habentib9 erga deũ: pietas eñ est diuin9 cultus: ꝛ iõ impietas diuino cultui opponit. h [Et cũ viris san/guinũ. i. cũ hoibus male se habentib9 ad ꝓximum: sicut sunt homicide ꝛ raptores: q̃ dicunt viri sanguinũ. i. mul/ti sanguinis effusores: cuiusmodi sũt raptores de alieno labore ꝛ sanguine viuẽtes. i [Jn quorũ manibus ꝛc. qr semp parati sunt inique agere. k [Et dextera ꝛc. i. p q̃/bus innocẽtes cõdẽnauerũt seu vexauerũt seu interfece/rũt. l [Ego aũt ꝛc. Jn fine ps. repetit innocẽtiã suã cir/ca ingressum regni quã allegauerat in principio: sicut fre/quẽter fit in cãticis in quib9 principiũ repetit in fine: ve/rũtñ qr p̄sentẽ vitã nõ trãsit aliq̃s sine culpa aliqua. ideo subdit: Redime me ꝛ miserere mei. m [Pes em̃ meus id est affectio mea. n [Stetit in directo. appetẽs rectitu/dinẽ iusticie. o [Jn ecclesijs benedicã ꝛc. de beneficijs mihi collatis a te. [Moraliter posset exponi ps. iste de quolibet fideli q̃ veniẽs ad etatẽ adultã debet: regnũ suũ ingredi bñ regendo motus interiores ꝛ actus exteriores. Et qr ꝓpter ꝓnitatem sensuũ ad malũ patit difficultatem circa regni hui9 statũ: iõ debet deũ sollicite depcari: vt ꝓ/speret status sui regni ad laudẽ ꝛ cultũ nominis diuini. Et põt ad hec lr̃a de facili applicari. Ps. XXV

Moraliter.

Judica me dñe ꝛc.] Psalmum istũ litteraliter exposui de statu dauid qñ post mortẽ saul in hebron ascẽdit ꝛ cepit regna/re sup tribum iuda: quãuis ei9 aduersarij adhuc essent in multitudine magna. [Moraliter aũt exponi põt de quo/libet fideli ad etatẽ adultã veniente: tũc eñ debet regnuꝫ suũ incipere: bñ regẽdo motus anime: ꝛ qm̃ in hoc diffi/cultatẽ patit rogare debet dominũ vt ab eo dirigat ꝛ p̄i/mo vt ꝓsperet in bonis. scdo vt p̄seruet a malis. ibi: Ne pdas ꝛc. Circa primuꝫ dicit: [Judica me dñe.] iudicio approbationis. [Quoniã ego in innocẽtia mea ingres/sus sum.] id est vsq̃ nũc innocenter vixi in etate puerili. [Et in dño sperans nõ infirmabor.] id est nõ infirmer peccato mortali: hebrei nãq̃ p optatiuo vtunt futuro in/dicatiui. [Proba me dñe ꝛ tẽpta me.] alijs ostendẽdo meã innocẽtiã: nõ ad ꝓpriã laudẽ: sed ad tuã gloriam ꝛ ꝓximi edificationẽ: ꝛ subdit modus. cũ dr: [Ure renes meos.] reprimẽdo motus cõcupiscibilis. [Et cor meũ] id est motus irascibilis: nã ira est accensio sanguinis cir/ca cor. [Quoniã miscdia tua ante oculos meos ẽ.] tan/q̃ tota fiducia mea. [Et cõplacui in veritate tua.] ipam De. ꝯse. di. 4. c. 4. sic ĩ sacramẽt. sequẽdo. iõ subdit: [Nõ sedi cũ cõcilio vanitatis.] id ẽ cũ supbis. [Et cũ iniqua gerẽtib9.] id est iniq̃s ꝛ rapacib9. [Nõ introibo.] ip/sos imitando. [Odiui ecclesiã malignantiũ ꝛc.] repetitio est eiusdẽ snĩe ad ma/iorẽ assertionẽ p alia vba. [Lauabo inter inno. ꝛc.] cũ ꝓximo iuste viuẽdo et deuote cũ deo. iõ subdit: [Et circũdabo altare tuũ dñe.] oblationes offerẽdo. [Ut audiã vocẽ laudis.] officij diuini. [Et enarrem vniuersa mirabilia tua] deuote orãdo: ꝛ ꝓpter ista subdit: [Domine dilexi decorẽ dom9 tue ꝛc. Ne per/das.] Hic petit a malis p̄seruatio cũ dicit: [Ne pdas cũ impijs.] id est pdi p/mittas cũ demonib9. [Et cũ viris sang.] i. cũ homicidis. [Uitã meã ĩ quorũ manib9 iniquitates sũt ꝛc.] nã ꝓ munerib9 faciũt iniqua. [Ego aũt in innocẽtia mea ꝛc.] repetitio est ei9 quod positum est in psalmi principio sicut in cantilenis solet fieri: quia quedã cantica sunt ipsi psalmi. Ps. XXVI

p D Ominus illuminatio mea ꝛc. Huic ps. p̄mittit talis titulus in hebreo: Dauid p̄ponit tamẽ littera lamech: ad designãdũ q est datiui casus. Jn translatione vero Hiero. nihil p̄ponit: sed absolute dicit Dauid: ꝛ p hoc

s apparet auctor

Universidad ... Biblioteca

a ❡ Dñs ꝓtector. Aug⁹. dat ⁊ vitā virtutū quā et ꝓtegit: sine q̄ oīa dona ei⁹ ꝑdunt. b ❡ A quo trepi. Aug⁹. quē trepidet caro: cū induerit corruptionē. c ❡ Sup me. Aug⁹. vt se mihi ꝓferāt insultantes: qđ vertit de⁹ in melius: vt maledico dente nō me: sꝫ carnalia desideria cōsumāt. Vel edāt. i. delectentur ī morte mea: crudelitas inimicorū. Carnes aīam nō possunt. d ❡ Infirmati sūt. Aug⁹. Dū xp̄s carnē acceperit nutātes facti: ⁊ post ex toto se fidei subdiderunt. Cas. Vel debilitati paulatim ad ruinā aīe puenerūt. e ❡ Castra. Cas. Molimina ꝓliorum conflictus. f ❡ In hoc ꝓlio. Aug⁹. habeo spem victorie ī dño remuneratiōis eterne. g ❡ Unam petij. Aug⁹. hec vna dom⁹ eterna qua semp manetur: vbi eterni dies: cur ibi? vt cōtēpler delectationē dei: qđ est verū bonū. h ❡ Omnib⁹ dieb⁹. Aug⁹. vt quādiu viuo nulla aduersitas me excludat ab vnitate fideliū. Ut videā. v. quā videt q̄ ꝓcepta ītelligit. Et visitē mente: ⁊ si nō oculis. Tē. ei⁹ corp⁹ xp̄i. Vel: Uisitē. e. me faciā tēplū qđ potero qm̄ abscondit vel. ❡ In domo. non manufacta. vbi nihil mali. ❡ Ut videā vo. do. sicut est. ibi em̄ volūtas dei in homine plen⁹ q̄ hic
Matt. 6. b vū: Fiat volūtas tua. si. in ce. ⁊ in terra. ❡ Et visitem. i. cū desiderio ⁊ frequētia videā tēplū. i. hierl'm celestem vel humanā ei⁹ naturā: qđ hac fiducia peto. ❡ Qm̄ abscōdit: ne viderer a querentibus: vt figuraliter dauid cū fugeret saulem: abscōdit in latibulis ne videret. Tabernaculū. deitat' caro xp̄i in qua p fidē ⁊ spē me occultat. Unde nūc vita nr̄a abscondita est cū xp̄o in deo. In abscondito taber. in secreto diuinitatis: vbi semp est anim⁹ iusti. ❡ In petra. ad similitudinē imꝑatorū superiora loca suis militib⁹ ꝓuidentiū: ita. Inpetra in firmitate virtutū: vel ī christo. ❡ Exaltauit. fm ꝓmotionē de virtute ī virtutē: ⁊ quasi extra hoīes fecit. ❡ Et nūc ante tēpus incarnationis mentē exaltat sup vitiosos appetit⁹ vel nūc dū dies malorū est ita illustrat mentē vt ꝓuideā malorū damnationē. p his beneficijs gaudium suū subdit vnde itē certus: post hec oīa. ❡ Circūiui. i. oīa bñficia memorie dādo ptractaui: ⁊ non ingratus. Immolaui. ⁊ de reliquo. ❡ Cātabo. iocunditate cōtēplationis. ❡ Et psal. di. i. opus manifestabo. i ❡ Ut videā. Aug⁹. Alia lr̄a: vt cōtēpler delectationē dñi. ❡ Et ꝓtegar a tem. e. i. eo fine vt demū appareat mihi species desiderabil' quā videā facie ad faciem ⁊ induar immortalitate effect⁹ templum eius. hec ideo in fine prestat: quoniā abscondet. ⁊ ideo nō temere peto vnam: ⁊ si peccator. k ❡ In abscondito tabernaculi sui. Aug⁹. Quasi multe partes sint eius forinsece ⁊ penetrale nos sumus forinseci ipse sacerdos est absconditum tabernaculū. in quo vita nostra abscō, est christus quē mox vocat petram.

a ❡ fm aīam. ❡ cōtra infirmitatē. ❡ q: null⁹ potest cōtra eum.
⁊ salus mea quem timebo. Do- a b
a ❡ Aug⁹. omnes impetus ⁊ insidias repellit.
a b minus protector vite mee a quo c d
a ❡ Aug⁹. quē vel quid trepidabo q̄ ꝓsequūt cadunt: nec tollūt nisi carnes illis finitis ero spirit⁹ hoc est dū. a. ⁊c. ❡ q: iam
c trepidabo. Dum appropiāt sup e
❡ in seipso eos sentit. a ❡ voto meo.
me nocentes: vt edāt carnes me f g
a ❡ Aug⁹. nō solū q̄ vident amici blandis: sed etiam inimici manifesti. b ❡ exodio. ❡ etiam.
as. Qui tribulāt me inimici mei h
a ❡ Aug⁹. in eo q̄ mala defēdebant vt iā credāt meliora.
d ipsi infirmati sunt et ceciderunt. i
a ❡ accepta tāta fiducia si deinceps. b ❡ Aug⁹. cōtradicentiū conspiratio.
e Si consistāt aduersuꝫ me castra: k
a ❡ vt ad eos trāffugiam. b ❡ ratio restituta. ❡ subito vel in immensum crescat.
non timebit cor meū. Si exurgat l m
a ❡ persecutio seculi. b ❡ Cas. in vna quā cogito figā spem vnā em̄ ⁊c.
f aduersum me preliū: in hoc ego
a ❡ cui deus ꝓtector. b ❡ quia. ❡ mali multiplicia.
g sperabo. Unāꝫ petij a dño hanc n o
❡ ipsum deum. a ❡ scꝫ. b ❡ in ꝓsenti ecclesia.
requirā: vt inhabitē in domo do p q
h mini: omnib⁹ diebus vite mee.
a ❡ vt ꝓcepta ei⁹ spiritualiter ītelligā. ❡ Aug⁹. fruar cōtēplatione ipsius boni. ⁊ vt securus fruar delitijs ꝓteger ipse me tēplum eius ibi ꝑfectio hic incorruptio.
i Ut videā volūtateꝫ dñi: ⁊ visitē r s t v
tēplū eius. Quoniā abscōdit me
a ❡ Aug⁹. in dispensatiōe incarnati verbi. ❡ in tpe tēptationū ibi dies vite. ❡ q̄ mali florent.
in tabernaculo suo: in die malo- x
a ❡ ne lederer. b ❡ Aug⁹. in corde credēti ad iusticiā: ⁊ vt palā fieret ad salutē qđ credidi: ⁊ ī sua firmitate fecit imineret cōfessionē meā.
k rum protexit me: in abscondito
tabernaculi sui. Impetra exalta y

apparet auctor psalmi. s. dauid. De materia aūt hui⁹ ps. ⁊ tpe quo fact⁹ fuit dicit Hiero. ī ꝓlogo hui⁹ libri: q̄ dauid fecit hūc ps. post mortē saulis anteq̄ꝫ vngeret ī regē: ⁊ fm h̄ nō pōt intelligi de vnctione q̄ inunctus fuit a samuele: sicut hr̄. j. Reg. xvj. q: illa inunctio fuit longe ante mortē saulis. post mortē vero saulis bis fuit inunct⁹. primo sup tribū iuda: vt hr̄. ij. Reg. ij. scđo sup totum isrl': vt habet. ij. Reg. v. De qua tn̄ istarū duarū vnctionū fact⁹ fuerit hic ps. Hiero. non dicit: videt tn̄ q̄ fact⁹ fuerit ꝑ secūda: q: prima fuit particularis ⁊ fm q̄d: ista aūt generalis ⁊ simpliciter. Dicūt aūt hebrei ⁊ est satis verisimile q̄ qñ deus ꝓmouet aliquē ad aliquā dignitatē dat sibi gratia p quā cōuenienter possit exequi illā: ⁊ hoc nisi ꝓmotus ponat sibi obicē. ꝓpter qđ dauid ad illā vnctionē deuote se ꝓparauit: ⁊ hūc ps. fecit: Et diuidit in tres partes fm tria petita a dauid necessaria ad exequēdū debite regie dignitat' officiū. Primū ē cōtra aduersarios cōstantia. scđm est circa diuinū cultū diligētia: q: p ipm reges regnāt: tertiū est in bonis ꝑseuerātia sine q̄ alia sunt inutilia. secūdū petit ibi: Unā petij a dño. tertiū ibi: Adiutor me⁹ esto. Circa primū dicit dauid: Dñs illuminatio mea. in cognitione agēdorū: q̄ maxime requirit in rege. a ❡ Et salus mea. in periculis bellorꝫ. b ❡ Quem timebo. timore filialis reuerentie. c ❡ Dominus ꝓtector vite mee ⁊c. contra hostes. d ❡ A quo trepidabo. quādo em̄ hostes veniūt contra aliquē regē: debet formidare ne hoc dñs ꝑmiserit ꝓpter suā culpā. iđ subdit: e ❡ Dum appropiāt sup me nocentes. id est mihi ⁊ populo meo nocere volentes. f ❡ Ut edant carnes ⁊c. id ē edi faciant a feris et auibus. g ❡ Carnes meas. i. populi mei interficiendi. Et quia dauid ex cōtritione aduersariorū suorꝫ diuina virtute iā facta cōfidebat de futura. iđ dicit: h ❡ Qui tribulāt ⁊c. i. tribulauerūt de ꝓterito: q: in libro psalmorū q̄ cōposit⁹ est metrice: rōne metri frequēter ponit tēpus vnuꝫ ꝓ alio: ⁊ q: loquētes ex magno affectu frequenter mutāt modū loquēdi de ꝓterito in futurū et ecōtra. Hic aūt liber fact⁹ est p modū orationis seu diuine laudis: in q̄bus requirit affectus deuotionis. i ❡ Ipsi infirmati ⁊c. s. saul doech et hisboseth ⁊ cōplices eorꝫ. k ❡ Si cōsistāt ⁊c. de futuro. l ❡ Nō timebit cor meū. cōfidēs ex diuino adiutorio sicut iuuit de ꝓterito. iđ subdit: m ❡ Si exurgat ⁊c. sicut factū est post inunctionē ꝑdictā: vt hr̄. ij. Reg. v. Audierūt ergo philistijm q̄ vnxissent dauid in regē sup isrl': ⁊ ascenderūt vniuersi: vt quererent dauid. Et sequit ibidē: Et cōsuluit dauid dñm dicēs: Si ascēdā ad philistijm: ⁊ si dabis eos in manu mea. Et dominus dixit ad dauid: Ascēde q: tradēs tradā tibi philistijm in manu tua. n ❡ Unāꝫ petij. Hic cōsequēter dauid petit circa diuinū cultū diligentiam dicens: Unam. s. rem. o ❡ Petij a domino. ꝓre ceteris. p ❡ Hanc requiram. depcando dominum perseueranter pro obtentu ipsius: quia ad hoc q̄ petitio sit exaudibilis a deo: nō soluꝫ requiritur q̄ sit pia ⁊ pro se sicut ista: sed etiam q̄ sit ꝑseuerās: ⁊ que sit dicta petitio dicit: q ❡ Ut inhabitem in domo domini ⁊c. i. q̄ domus habitationis mee sit ꝓpe locum cultus diuini. r ❡ Ut videā: id est sciam. s ❡ Uolūtatē dñi: q: ibi dabant diuina responsa. t ❡ Et visitem templum eius. ad adorandū ibidem frequenter ⁊ offerendum. Et dicit templum: q: habuit ꝓpositum edificandi ipsum vt dictum est ps. ꝑcedēti. Et vna causa hui⁹ propositi subditur: v ❡ Quoniam abscondit me in tabernaculo suo. id est in sui cultus loco. scꝫ quādo fugiens saulem ipsum interficere volentem venit in nobe ad achimelech sacerdotem ⁊ ibi accepit panē ⁊ gladiū: vt dicit. j. Reg. xxj. x ❡ In die malorum ꝓtexit me. in hebreo habet: In die pessima. eo q̄ illa die ibi erat doech idumeus: qui retulit sauli hoc factuꝫ: ex quo secuta est occisio sacerdotum. j. Reg. xxij. y ❡ In petra exaltauit me: id est in loco sic vocato: quādo saul ⁊ viri ei⁹ cingebant dauid et viros eius in modū corone ita q̄ dauid desperabat se posse euadere: ⁊ a deo factū fuit q̄ nūcius venit ad saul dicens. Festina et veni: quoniā infuderūt se philistijm sup terram. Reuersus est ergo saul desistens persequi dauid. Et subdit ibi: Propter hoc vocauerunt locū illū petrā diuidentē. j. Reg. xxiij.

❡ Circūiui　　Et nūc exal-

a ❡ Circūiui. Aug⁹. Quia mihi se ꝓbuit ducē: ego me sibi militē. Circūiui ad similitudinem militis necvbi sit aditus hosti: vel exquisiui mentē meā vt omnes volūtates eius implerem. Hiero. vel circūspexi oīa creata vel exempla sanctorum. ❡ Aug⁹. Circūiui. animo omnia creata: ⁊ dicūt: de⁹ me fecit ⁊ in his tāta laus inuenit dei: que verbis nō potest dici. Uel cōsideraui fidē orbis terrarum in qua caput exaltatū est super inimicos qđ ē honor ecclesie in eo exaltate. In ipso tabernaculo ei⁹ imolaui. ho. vo. Per hec oīa cert⁹ petij: ⁊ petā: ⁊ tu exaudi de illa vna quāto pl⁹ accepit tanto ardentius appetit. b ❡ Exaudi dñe vocē meā. Cas. Quis labor quis gemit⁹. Oratio ante secundam vnctionē vt possit haberi quā et sibi ꝓphetie spiritu promittit. c ❡ Tibi dixit cor. Cas. Cor rō a te edocta tibi cōfabulat de vna: non aliud q̄ꝫ doces ptractet. d ❡ Ne auertas fa. Aug⁹. Alius petit hic bona temporalia a deo: ⁊ de datis gaudet: hic nō nisi vnā. Alius habens timet iratū ne tollat ea: iste nō putat irā: nisi si auertat vultū etiā si quid in eo vindicet: nil diuini⁹ poterat dicere. e ❡ Ne decli. ī ira. Aug⁹. Nō in ira declinat. quādo a peccatis faciē auertit vl' ne declines vt me labi sinas in ira: id est q̄ punias: sed vt nostra infirmitas cautior fiat. f ❡ Salutar'. Aug⁹. Quasi frustra creasti ⁊ recreasti: si mortalē despicis quod nō debes: q: nō mea ꝓpria: sed parentū culpa est: adam et eua miserꝫ huic me exposuerūt: sꝫ dñs carne assumpta suscepit ad immortalitatē: sic dauid fratrū minim⁹ a parentibus cōtemptus. a domino est p samuelem electus. g ❡ Quoniā pater. fecit se paruulū deo. ip̄m fecit sibi patrem q: iubet vocat cōdidit ⁊ regit. Matrē: q: fouet: cōtinet: collactat et nutrit: sed seculuꝫ pater vl' diabolus: mater babylonia id societas impiorum. h ❡ Tribulantiuꝫ. Cas. Ut saulis ⁊ adiutorꝫ. Testes vt doech ⁊ alij accusatores dauid. Mētita vt dū dixerunt sacerdotem achimelech cōsilia dedisse contra saulem: ⁊ deū ꝓ eo cōsuluisse sibi ad damnum: q: falsi. i ❡ Credo videre. Aug⁹. Sed inter omnia pericula deo dirigente credo videre. k ❡ Bona. Aug⁹. Bona q̄ sūt vera eterna. Illi suadent beatitudinē in terra ista q̄ est morientium. l ❡ Expecta do. Cas. Ut ego certus sum de illa vna. ita tu quicunq̄ꝫ linitus es expecta: ⁊ vt consequaris non remisse agas: sed fortiter: ⁊ cōfortet: ne lasseris: ⁊ si mala veniāt expecta qđ credis: sustine qđ pater.

a ❡ anteq̄ꝫ veniā ad domū. ❡ nūc corpus mortuum est ꝓpter peccata: mens seruit legi dei: nō est captiua sub. l. p. b ❡ christum.
uit me: et nunc exaltauit caput a
a ❡ et si adhuc patior christ⁹ supra est. ❡ Aug⁹ cōsideraui orbē credentē: ⁊ in eo q̄ p nobis deus humiliat⁹ ē gaudēs: laudaui eum q: tali hostia delectatur.
a meum super inimicos meos. Cir b
a ❡ in ecclesia.
cuiui ⁊ immolaui in tabernaculo c
a ❡ vel iubilationis: iubilus laus vel gaudiū: qđ verbis explicari nō pōt. b ❡ corde et opere letabor dño. ❡ verbis ⁊ factis gl'iam dei ꝑdicabo.
ei⁹ hostiā vociferationis: canta- d e
a ❡ Aug⁹. ante aūt q̄ꝫ gaudeat in vna: est gemitus miserorū: et indigentiū oratio.
b bo ⁊ psalmū dicam dño. Exaudi f
a ❡ interiorem. b ❡ forti intentione.
dñe vocē meā qua clamaui ad te: g
a ❡ cū merito misericordia tua sit. b ❡ de vna. ❡ in ea. Aug⁹. desiderio nō est finis et satietas. c ❡ Aug⁹. non me ostentaui hoibus. sed in corde vbi solus audis dixi. ❡ quia.
c miserere mei et exaudi me. Tibi h
a ❡ Cas. desideriū qđ deo loquit. b ❡ nō aliud extra te. c ❡ Aug⁹. ꝑsentia mea tuā: vl' pulchritudo qua sum notabilis tuā que est vna.
dixit cor meuꝫ exq̄siuit te facies i
a ❡ q: huic inquisitioni ꝑseuerāter instabo.
mea: facieꝫ tuā domine requirā. k
a ❡ Cas. tu aūt ne auertas ī futuro: q: nō est ī manu mea obtinere qđ peto. ❡ vbi iueniā qđ q̄ro. ❡ in futuro. b ❡ ꝓpter qđ interim. Aug⁹. ne recurrens in aliū incurrā. ❡ nihil aliud volo vel timeo.
d Ne auertas faciē tuā a me. ne de l m
a ❡ sed. ❡ Cas. q: qñ inueniā te nisi adiuues. ❡ q: q̄uis ego liber: mihi ī via posit⁹ nō sufficio.
clines in ira a seruo tuo. Adiutor n
a ❡ et in hoc. ❡ inceptum nō intermittas. b ❡ Aug⁹. neq̄ꝫ cōtemnas q̄ mortalis eternū audeo querere: q: tu de⁹ sanas plagā peccati.
me⁹ esto: ne derelinquas me: neq̄ꝫ o p
f despicias me deus salutaris me⁹.
a ❡ regnum seculi et ciuitas seculi vnde natus sū.
g Quoniam pater meus ⁊ mater q
a ❡ querentē te et cōtemnentē se: cū id qđ q̄ro dare nō pñt. b ❡ q̄ pōt se mihi dare ⁊ mō necessaria.
mea dereliquerūt me: domin⁹ au r
a ❡ igitur ad te sedēti. ❡ Aug⁹. ne aberrentē disciplina tua deserat: hoc susceptus audet dicere. Aug⁹. iam ergo in via posito da correctionē que nō sinat aberrare.
tem assumpsit me. Legē pone mi s
a ❡ christo iniquo lex est cuꝫ misericordia. b ❡ vlterius. ❡ quia nō sufficit inchoare cum inimicis donec ꝑueniatur: nō quiescant.
hi dñe in viā tua: ⁊ dirigē me in t
a ❡ in rectitudine augustiarum.
semitā recta ꝓpter inimicos me-
a ❡ Aug⁹. ne sinas eos satiari de malis meis vt eis cōsentiā: ⁊ si carnē das in manus: vnde in iob terra data est in manus impij.
h os. Ne tradideris me in aīas tri- v
a ❡ Aug⁹. hoc mō traderer si essem falsus cū eis
bulātiū me: quoniā insurrexerūt x
a ❡ Aug⁹. de me falsa dicētes: vt reuocēt a te quasi ab hoib⁹ gloriā querā. b ❡ Aug⁹. suo mendacio delectata est: sed me nō mouit.
in me testes iniqui: ⁊ mentita est y
a ❡ omne petm̄ in suū auctorē redit. ❡ nō mihi vnde maior merces mihi. ❡ sed ego. b ❡ qui et hoc prior passus est: ⁊ post glorificat⁹ est.
i k iniq̄tas sibi. Credo videre bona z
a ❡ vbi nullus locus morientium. b ❡ etiam si tardum est hoc amanti.
l domini: i terra viuētiū. Expecta a b

a ❡ Et nunc exaltauit caput meū. coronādo me corona regni isrl' pacifice ⁊ quiete. b ❡ Circūiui. frequētādo locū diuini cult⁹. c ❡ Et immolaui ⁊c. p sacerdotū man⁹. d ❡ Hostiā vociferationis: q: hostie offerebant cū vociferatione diuine laudis p cātores. e ❡ Cātabo ⁊c. q: ipsemet dauid cantabat corā arca: fm q̄ habet. ij. Reg. vj. f ❡ Exaudi dñe vocē. i. orationē. g ❡ Qua clamaui ad te: orando ex magno affectu ꝓ bono regni statu: ⁊ tuo cultu: vt ptꝫ p ꝑdicta. h ❡ Tibi dixit cor meuꝫ. q: nō solū orabat voce: sed ⁊ mente. i ❡ Exquisiuit te ⁊c. i. facies corporis exterior: ⁊ facies mentis interior. k ❡ Faciem tuam dñe requirā. i. gratiam tuā. Et loquit de deo more humano: q: quando petens ē sibi gratiosus vertit faciem ad eū: quando autē displicet auertit. ideo subdit: l ❡ Ne auertas ⁊c. mihi tuam gratiā denegando. m ❡ Ne declines ⁊c. talis em̄ declinatio faciei apud homines signū est hominis irati. n ❡ Adiutor meus. Hic cōsequenter dauid petit ꝑseuerantiā in bonis dicēs: Adiutor meus esto domine: quasi dicat. Sine tuo adiutorio nullum est opus bonū. o ❡ Ne derelinquas me: quia tūc nō possem in bono stare. p ❡ Neq̄ꝫ despicias me deus salutaris meus. illa em̄ que sic relinquunt. despici vident. Et subdit causam necessitat' predicti adiutorij d. q ❡ Quoniā pater meus ⁊c. id ē adam eua dereliquerūt me expositum miserijs ꝑsentis vite: quia per eorum transgressionē deriuat ad omnes hoīes originale peccatum: p quod habēt pronitatem ad malū ⁊ difficultatē ad bonū. r ❡ Dñs aūt assumpsit me: q: recurrentibus ad eum nō denegat suū auxiliū ꝯtra difficultatē ad bonum: ⁊ ꝓnitatē ad malū. ideo subdit: s ❡ Legem pone ⁊c. Lex dicit a ligando: dicit igit: Legē pone mihi ⁊c. q. d. ita liga me lege naturali ⁊ diuina: vt non declinē a via regia mādatorū tuorum. t ❡ Et dirige me ⁊c. p semitā q̄ est artior ⁊ rectior intelligit ꝑfectio maior q̄ est superogationis: quā dauid desiderabat. v ❡ Ne tradideris me ī animas tri. ⁊c. i. in voluntates malignorꝫ spirituū mihi aduersantiū. x ❡ Quoniaꝫ insurrexerunt in me ⁊c. Demones enim de iustorū innocentia requisiti falsum respondēt ⁊ cōtra eos allegāt: sicut ptꝫ Job. j. q̄ sathan requisit⁹ a dño de innocētia sancti iob falsum respondit: ⁊ cōtra eū falsum allegauit d. Nunquid frustra timet iob deū? ⁊c. y ❡ Et mētita est ⁊c. q: sathan mendax est: ⁊ pater eius. i. inuentor mendacij. vt dicit Joh. viij. Aliter exponit ab aliquibus ab illo loco. Legē pone mihi domine ⁊c. quod est petitio dauid petentis: vt a deo sic dirigat q̄ a saule ⁊ ei⁹ cōplicibus non capiat. Et quod subdit: Quoniā insurrexerunt in me testes iniqui. s. illi qui erga saul falso diffamabant dauid: fm q̄ ipse dicit. j. Reg. xxiiij. Quare audis verba hominū loquentiū: dauid querit malum aduersum te? Sed prima expositio magis cōsonat lr̄e ꝑcedēti ⁊ subsequēti: q̄ loquit de ꝑseuerātia dđ in bonis post mortē saulis ꝓpter qđ ex tali ꝑseuerātia: quā a deo obtinere sperabat: ꝯcludit in fine ps. z ❡ Credo videre bona dñi. electis repromissa. a ❡ In terra viuentiū. i. in vita beata: q̄ est eterna. Spes em̄ ē certa expectatio future beatitudinis ex gr̄a et meritis proueniens. Propter quod dauid exhortatur seipsum loquens ad seipsum quasi ad aliū dicens: b ❡ Expecta dominum. i. p virtutem spei beatitudinem ab ipso expectando.

❡ Psalmus　　s 2　Uiriliter

Universidad de ... Biblioteca

a Psalmus huic dd. Per dd aliqñ itelligit caput .i. christ⁹ Aliqñ corp⁹ .i. eccl'ia. interdũ vtrũq simul .i. tot⁹ xps: vbi aũt addit i titulo huic vel ipsi xps intelligit vt hic. Cas. Psalm⁹ terti⁹ q breuiter de passione ⁊ resurrectione. Cas. Hic ponit xps: ⁊ si adeo dign⁹: nõ in se cõfidere: s; to tũ a deo petere: vtile exẽplũ iustis.

Ad te dñe Cas. Ps XXVII Oratio tpe passionis habita c Ne sileas. nequando ta. Minus est in hebreo: ⁊ Hieronym⁹ obelo anteposito quasi iugulãdũ no tauit. Sed

a qui nõ fallit. b Aug⁹. tolera vstionẽ renũ viriliter: et vstionẽ cordis fortiter.

dñm viriliter age: ⁊ conforte

a Aug⁹. nõ negatũ putes q nõdu; accipis: nõ desperatione deficias: qr dictũ est sustine dñm. perseuerãter nõ triduo.

tur cor tuũ: ⁊ sustinẽ dominũ.

christum.

potest exponi ad litteram de celeri conuersione ethiopum ad christum ad p̄dicationem beati Matthei: sicut dictū fuit supra psalmo. lxvij. ex/ponendo illud: Ethiopia preueniet manus eius deo. et ſm hoc dicif h: Coram illo procident ethiopes: fidem eius humiliter recipiendo: et eū deuote adorando. a Et inimici eius terram lingēt. id est ethiopes qui prius erant inimici eius per idolatriam. incli/nauerunt se ad ipsum ad adorandum deuote ac si terram p̄ deuotione et humilitate vellent lingere: et in hoc impletū fuit dictū Esa. lx. Uenient ad te qui detrahebant tibi: et adorabunt vestigia pedū tuorum. Aliter exponitur ab aliquibus. Et inimi/ci eius de iudeis obstinatis contra christum: qui ī obsidione Titi fuerunt ita fame constricti q̄ ipi q̄/rebant ad comedendū illa que d̄ emūdatione cibi fuerunt ꝓiecta ad terram: et in sterquilinijs. sed lit/tera magis cōtinuatur ſm primam expositionem. b Reges tharsis et insule munera offerent: hoc ex/ponitur ab aliquibus d̄ regibus q̄ venerāt adora/re christum: qui erant de illis partibus: pōt etiam hoc exponi de pluribus partibus vel nationibus: que hic noiant quarū reges et principes fideʒ christi ac/ceperūt et munera deuote dederūt ad ecclesiarū cō/structionē: et pauperum christianoꝝ sustentatiōes. c Et adorabunt eū oēs reges ter. etc. q̄d impletū fuit in Cōstantini cōuersione: cui tanq̄ monarche obediebant reges terre et ipe precepit vbiq̄ terra/rum ad honorē christi ecclesias edificari: et sic om/nes reges terre adorauerūt eum: id ē christum. q̄d dupliciter potest itelligi. vnō modo quia caput eo/rum scʒ imperator in quo omnes alij erant in vtu/te: adorauit christū deuote. Alio modo pōt expo/ni q̄ ex eius imperio permiserunt ecclesias ad ho/norem xp̄i edificari. Itē alio modo potest exponi pro tēpore moderno: quo idolatria fere cessauit in mundo. et sic omnes reges et gētes eis subdite ad/orant vnum verū deū: et per consequens christum qui est verus deus lʒ non omnes reges et gentes eis subdite credūt deum humanatū ꝓ mundi sa/lute. d Quia liberabit. Hic ↄñter ponitur di/cte dilatatiōis ratio q̄ ē iusticia ad quā sequif pax regni: quam desiderāt oēs mortales vt habef He/ster. xiij. et ideo maxie facit ad dilatationē regni: et h est q̄d dicif: Quia liberabit pauperem a potēte. q. d. merito dilatabif eius impiū: q: potētes arcebit a tyrānide sup paupes: q̄d factū est p h q̄ maximi p̄ncipes mūdi subditi sūt iugo xp̄i: et sic iferiores et impotētes a tyrānide eripiūf et hoc rōne potētiū et timore christi: et patʒ lrā vsq̄ ibi: e Ex vsuris etc. q: sūmus pōtifex q̄ est xp̄i vicarius ꝓhibet vsuras ī iure canonico: et multi p̄ncipes xp̄iani eius edicto edocti ꝓhibēt vsuras et ꝓhibuerūt: et ad earū resti/tutionē subditos cōpulerunt. f Et viuet. h itelli/gitur de vita xp̄i post resurrectiōeʒ q̄ ē imortalis: ſm q̄ d̄r Roma. vj. Christus resurgēs ex mortuis iā nō morif: et iō illa vita sola dicēda ē vita simpliciter: q: vita p̄ns potius dicēda ē mors q̄ vita. ſm q̄ dicit beatus Greg. omelia. xxxv. g Et dabif etc. q: post resurrectionē xp̄i multi p̄ncipes et potētes ad fidē ↄuersi dederūt donaria p̄ciosa ad edificationē ec/clesiarum. et sic verisimile est q̄ dederunt de auro arabie quod est preciosissimū. h Et adorabūt de ipso semper. id est pro eius beneficijs adorabūt deum. i Tota die. id est assidue: q̄tum potest fieri bono modo. k Benedicēt ei. de suis bene/ficijs regratiando. l Erit firmamentum in etc. In hebreo habetur: Erit abundantia frumenti. et in translatiōe Hiero. sic dicitur: Erit memorabile triticum. et ideo trāslatio cōis videtur corrupta per scriptores ex simili/tudine dictionum habens firmamentū pro frumentū: quod exponūt hebrei dicentes: q̄ in aduentu messie quē falso expectant frumenta cre/scent in tanta altitudine sicut cedri libani: et facient spicas magnas et latas: ex quibus vento flante decidet simila de qua iudei pro sua volū/tate poterunt satiari. Sed quia istud omnino irrationabile et erroneū: ideo melius exponitur de sacramento eucharistie in quo christus con/tinetur vbiq̄ ī ecclesijs sub specie panis triticei: ꝓpter q̄d se comparat grano frumēti. Joh. xij. et ideo dicif hic: Erit frumētū. i. eucharistie sa/cramentū. m In terra in sūmis mōtiū. q: ep̄i et sacerdotes q̄ in ec/clesia dei sunt q̄si montes sup capita sua eleuant hoc sacramentū.

Esa. 60. b. — Mat. 2. b. — 23. q. 4. c. displicet in.

Glo. ordi.

a Super libanū. Aug. Sicut libanus pceras cedros pdu/
cit: sic christus sanctos ad celum. b Fructus. Dilectio res
xpi super .su.li. qr oia secularia ɔtemnūt. vel fructus ei⁹ cha/
1. Cor. 13. d ritas que sup oīa dona. Unde apostol⁹: Adhuc eminētiorē
vobis viam demonstro. c Sicut fenum. Cassio. Non etas
feni s3 viriditas sanctis comparatur.
boni de ista ciuitate presentis ecclesie
migrātes in illa beatitudīe florebūt.
Aug⁹. In genesi feni nomie: ⁊ fru/
Gen. 1. a mentum intelligitur: cum iussit deus
pducere terram omne lignum ⁊ omē
fenum. Uel fenum omnis caro: qr om
nis caro fenum. cui comparatur om/
nis claritas ciuitatis quā cepit edifi/
care Cain. Et est illud quod i eternuz
nobis pmittitur. diffamabitur super
omnia seculi. Et cōparabitur feno ter
re quicquid pro magno habetur in se/
culo. d Sit nomen eius. Cas. Mo
net omnes laudes ei dicere: quia om/
nes in eo benedicentur. e Ante so
lem. Cassio. id est ante omnem creatu/
ram. ne putes temporalem dei filiū.
f Omnes gentes. Aug⁹. Ne tribus
duodecim accipias: addit: omnes gē/
tes. g Benedictus dominus de⁹.
Aug⁹. A parte sua laudat. Nota ex/
clamatoriam benedictionem cū admo
nitione ⁊ pphetia. h Fiat. Cassio.
Magnificum est quod sic concludit.
Optantis est semel dicere nimium de/
siderāt̃ repetere. Quasi dicat: Quid
iussisti domīe: ita fi. fi. donec quod ce/
pit a flumine perueniat vsq3 ad termi/
nos orbis terre. Hiero. Sciendum
ꝙ septuagesimusprimus psalmus secū
di libri finis est: vnde ⁊ in extremo ha
bet fiat fiat. pro quo in hebreo dicitur
amen amen. i Defecerūt laudes.
Hiero. etiam hoc diligentius obseruā
dū est ꝙ illud defecerūt hymni dauid
filij iesse ad finē septuagesimipmi ps.
ptineat. Id vero qd sequit̃ ps. asaph
initiū sit sequētis. Hymn⁹

a ꝭ ipse extollet suos sup cedros libani.
b ꝭ Aug. cādidatio ⁊ significat cādorē seculi.
a **superextollentur super libanum**
a ꝭ boni. b ꝭ grauissime in futuro.
c ꝭ dei: id est ecclesia.
b **fructus eius: ⁊ florebūt d ciuita** a
a ꝭ fructiferū vt frumentū. b ꝭ ergo. Cas. qr
eternā dat gloriā in eternum glorificetur.
c **te sicut fenum terre. Sit nomen** b
a ꝭ et. ꝭ i. ante tpa ⁊ oēs creaturā. i. in etnū.
e **eius benedictum in secula: ante** f
a ꝭ filij regis.
solem permanet nomen eius.
a ꝭ vt abrae pmissum est: In semie tuo benedi/
centur omnes gentes.
Et benedicent̃ in ipso oēs trib⁹ g
a ꝭ oēs benedicti. b ꝭ magnū eū fatendo.
f **terre: omnes gentes magnifica/**
a ꝭ omnibus dictis hymnum eructuat.
g **bunt eum. Benedictus dūs de/** i
a ꝭ quia quicunq3 facit ipse in illo facit.
us isrl̃: qui facit mirabilia solus. k
a ꝭ christianum quod est de christo. ꝭ quod est
maius omnibus nominibus. b ꝭ gloria.
Et benedictū nomē maiestatis
a ꝭ q̄diu seculum durat: ⁊ in seculum seculi qd
quidam interpretes addunt. b ꝭ vel glia ei⁹.
ꝭ ipius glorificatione: ecce q̄si subscriptio prin/
cipis: confessio audientium.
ei⁹ i eternū: ⁊ replebit̃ maiestate m
a ꝭ sancti. b ꝭ qui non dat eis blanda.
h i **ei⁹ oīs terra fiat fiat. Defecerūt** n
a ꝭ vel hymni. b ꝭ non dei.
laudes dauid filij iesse.

Nico. de lyra

at. In hebreo dicit̃: Amen amen. quod signat fideliter. ⁊ du
plicat̃ ad designādum huius pphetie certitudinē. Complete
sūt orationes dauid filij isai ꝭm Hiero. et doctores hebreos:
istud adiungitur huic ps. ⁊ ex hoc videt̃ ꝙ dauid fecerit hūc
ps. ⁊ non salomon. Sed querit̃ hic quomodo hoc sit verū ꝙ
oratiōes dauid in hoc ps. sunt comple
te: cum postea i h libro sint plures ps.
a dauid. tāq3 ab auctore ītitulati. Ad
qd respōdent aliqui doctores nr̄i ꝙ h
dicit̃ p tāto: qr in hoc ps. agit̃ de xp̄i
regno: ad qd omnes ps. facti a dauid
sūt ordinati tāq3 ad finē: finis aūt im
portat complementū. Aliter autē pōt
dici ⁊ magis litteraliter ꝙ ps. iste ꝭm
veritatem fuit vltim⁹ inter psalmos fa
ctos a dauid: tamē nō fuit scriptus in
vltimo loco: quia psalmi scribebant̃ in
libro psalmorū: ꝭm ꝙ inueniebant̃: si/
cut dictum fuit in pncipio hui⁹ libri: ⁊
ex hoc contigit ꝙ psalm⁹ cētesim⁹. xlij
qui fuit primo factus: vel saltem d pri/
mis: ponitur circa finez libri: quia fuit
de vltimo inuentis: ⁊ eodez modo iste
qui fuit vltimo factus ponit̃ circa me/
diū libri: quia sic fuit iuētus. ⁊ hāc so/
lutionē tangit Ra. Sa. in glosa sua.

Moraliter. Ps. LXXI Deus iudi
ciū ⁊c. Scd̄z Aug. ⁊ Cas. ps. iste loq̄t̃ Luce. 1. g
ad lrām de magnificentia regni xp̄i. et
sic exposui. Moralit̃ autē pōt exponi
de bono regimine sui vicarij. s. cuiusli/
bet boni plati secular̃ vel religiosi. Et
primo ponit̃ ei⁹ bona gubernatio. Se
cūdo subdit̃ grarūactio. ibi: Būdict⁹.
Prima i duas: qr primo petit̃ bona di
spositio regētis. Scd̄o bonitas regimi
nis. ibi: Descēdet. Circa pmū dr: De
us iudiciū ⁊c. Quilibet enī bon⁹ pla
tus rex ē i spūalib⁹. j. Pet. ij. Uos estī
gen⁹ electū regale sacerdotiū. Est etiaz
fili⁹ adoptiu⁹ reg̃ regū. ⁊ ido sibi petit̃
iudiciū i bn̄ sentētiādo ⁊ iusticia in bn̄
exequēdo. qr pmū nō sufficit sine scd̄o.
ido subdit̃: Iudicare pplm ⁊c. i. actu
aliter. Suscipiāt mōtes pacē ⁊c. Per mōtes itelligūt̃ ma
iores diocesis sub plato. p colles vo mediocres. ⁊ minores p
h qd subdit̃. Iudicabit pauperes ppl̃i ⁊c. eos a malignāti/
bus defēdēdo. Et pmanebit cū sole. i. xp̄o q̄ ē sol iusticie
sibi fideliter fuiēdo. Et añ lunā. i. beatā vginē ipaz deuo/
te p se ⁊ suis subdit̃ depcādo. In generatiōe ⁊ generatio/
one. jnā ab eo edocti idē faciēt post ei⁹ mortem. Descēdet
Hic petit̃ bonitas regimis q̄ ɔsistit i iusticia p miscdiaz tēpe
rata: qr iusticia sine miscdia est crudelitas. miscdia vero sine
iusticia pusillanimitas. ido dr: Descēdet sic pluuia ⁊c. id ē
dulcit̃ ⁊ vtilit̃. Oriet̃ in dieb⁹ ei⁹ iusticia ⁊c. donec auferat̃
luna. i. donec appareat dies clara: ⁊ p diē clarā noticia vita
tis intelligit̃ q̄ p bonū pontificē declarat̃. Et dn̄abit̃ a ma/
ri ⁊c. h ɔuenit sūmo pōtifici q̄ ē generalis vicari⁹ xp̄i. Co/
rā illo pcidēt ethiopes. i. demones i ethiopū figura freq̄uē
ter apparētes. Et inimici ei⁹. scz maligni spūs. Terram
lingēt. i. malignos hoies blādicijs decipiēt: h spūales deci
pere nō valēt. Reges tharsis ⁊c. i. dn̄antes i tra ⁊ i isulis
mar̃. Munera offerēt. dotātes ecclīaz diuitijs. Et ad/
orabūt eū oēs ⁊c. qr reuerētia q̄ pōtificib⁹ defert̃ i xp̄m cui⁹
sūt vicarij refert̃. Quia liberabit ⁊c. i. petōrem bonis gr̄e
spoliatū a demone. ido subdit̃: Et aīas pau. ⁊c. p qd intelli
git̃ sal⁹ spūalis. Ex vsur̃ ⁊c. vsurari⁹ enī ē diabol⁹ qui p
tpalib⁹ rapit spūalia bona q̄ sūt multo meliora. Et bonora
bile ⁊c. i. petōr ɔūsor. Coraz illo. s. bono plato. nec mi
rū: qr gaudiū ē āgelis dei sup vno petōre pniaz agēte Luce.
xv. Et viuet. vita gr̄e. Et dabit̃ ei ⁊c. qd ē valde pcio/
sū: ppt̃ qd significat gr̄e donū: qd a deo dat̃ abūdāter bono
plato. Et adorabūt ⁊c. qr boni subditi regratiāt̃ deo d bo
nitate plati. Tota die be. ⁊c. impēcādo sibi maiora bona.
Erit firmamētū i. qr firmat subditos suos i bono vbo pa
riter ⁊ exēplo. In sūmis mōtiū. i. maior p q̄s i minorib⁹ cō/
fuat regimē bonū. Superextollet̃ sup ⁊c. nā act⁹ boni pla/
ti est

Nico. de lyra

a Superextollet̃ ⁊c. quia fructus huius sacramenti extollit
hominē ad altitudinē celi Joh. vj. Si quis mādūcauerit ex h
pane viuet in eternū. b Et florebūt de ciuitate. i. de ecclia
in qua vniūtur fide ⁊ charitate christiani. ciuitas enī ē ciuiuz
vnitas. c Sicut fenū terre. sicut enī fenū subito multiplica
tur: sic christiani per orbē in paruo tempore fuerunt multipli/
cati. d Sit nomen. Hic ɔsequēter describitur magnitudo
regni christi q̄tum ad diffusionem fame: quia nomen christi ⁊
christianoꝝ dilatatū est per orbē ⁊ mag̃ dilatabit̃. ⁊ hoc ē qd
dicit̃ hic: Sit nomen eius benedictum: id est solenni memoria
diuulgatum. e In secula. id est in generationibus sibi suc/
cedentibus. f Ante solem permanet nomen eius. quia ab
eterno est nomen christi ꝭm eius deitatem: ⁊ ex hoc cum prece/
dentibus patet ꝙ psalmus iste non potest conuenienter ad lit/
teram exponi de salomone: de cuius nomine non erat verbum
nec memoria ante ipsius tempora. g Et benedicentur in ipo
⁊c. quia in omībus partibus mūdi benedicūtur fideles in no/
mine christi. h Omnes gentes magnificabunt eum. tanq3
saluatorem ⁊ dominū omniū. i Benedictus. Hic vltimo po
nitur gratiarūactio pro beneficijs predictis: cum dicitur: Be/
nedictus dominus deus israel: id est populi christiani sicut su
pra expositum est. k Qui facit mirabilia solus. maxīa enī
mirabilia in mysterio christi cōtinētur: que in hoc psalmo de/
scribūtur: vt visum est: l Et benedictum nomen maiestat̃
eius in eternum: quia angeli ⁊ homines sancti eternaliter lau
dabūt deum: ꝭm ꝙ habetur infra psalmo. lxxxiij. Beati q̄ ha/
bitant in domo tua domine ⁊c. m Et replebitur maiestate
eius omnis terra. qd fuit impletū in missione spiritussancti: qr
tunc spiritus domini repleuit orbē terrarū. hoc etiam aliter ex
ponit̃ de miraculis factis per orbem terrarū ad preces sanctoꝝ
que miracula sunt maiestatis diuine declaratiua. n Fiat fi

Moraliter

ti ē magni meriti apd deū eo ꝙ alij pficiūt p ei⁹ exemplū. ideo
subdit̃: Et florebūt de ciuitate ⁊c. id ē de ecclia q̄ bn̄ dr ciui
tas eo ꝙ ē christianoꝝ vnitas. Sit nomē ei⁹ benedictū. be/
nedictione supna. Añ solē pmanet nomē eius. id ē añ chri/
stū ad ipm pmiandū. Et benedicent̃ in ipo. qr benedicen/
tes alicui dicēt: Benefaciat tibi de⁹ sicut plato tali. Omnes
gētes magnificabūt eū. pter vite meritū. Et ē hic hyperbole
cum dr: oēs gentes: ad designandū multitudinē magnifican/
tium. Et q̄si omne bonū deo pncipaliter ē attribuendū. ideo
cōcluditur: Benedictus dominus deus ⁊c.
In psalmo. lxxj. Deus iudicium. vbi dicitur in postil. Et p/
manebit cum sole ⁊c.

Additio. j. Ubi translatio nr̄a habet. Et pmanebit
cum sole. veritas hebraica dicit: Et time
bunt te cum sole ⁊c. ⁊ sic pōt intelligi hic versus de duratione
christiane religionis: vt sit sensus ꝙ q̄diu tempora reuoluun
tur iuxta cursum solis ⁊ lune. ꝭm quem distinguūtur tempora
semper timebitur christus in ecclesia ɔtra illos qui dicūt eccle
siam aliq̄n defuturam: ⁊ ꝭm hunc sensum magis ostenditur q̄
si dicat ꝙ christ⁹ manebit cum sole: quia vt dicit glosa non est
magnum pmanere cū sole ei p quem oīa facta sunt.
In eodem psalmo vbi dicitur i postilla. In hebreo habet̃:
Erit abundantia frumenti.

Additio. ij. In hebreo in hoc loco cum hoc ꝙ dici
tur frumētum supponitur q̄dam dictio
que sonat picat: que nō significat abundantiam: sed poti⁹ pla
centam seu placētulā frumēti: ⁊ sic vera translatio ꝭm hebrai
cam veritatem in hoc loco talis est: Erit placenta seu placētu/
la frumenti: quod proprie applicatur sacramento eucharistie:
in quo sub specie placētule frumēti verū corp⁹ xp̄i continet̃ ⁊
⁊ cū hoc cōcordat trāslatio chaldaica in q̄ vbi dicit̃ in sūmis
montiū. expresse dicit. In capitibus sacerdotum.
In codē ps. vbi dr i postil. Ante solem pmanet nomē ei⁹.

Additio. iij. In hoc loco hebraica veritas vbi di
citur: Permanet nomen eius. dicit:
hynon nomē eius: q̄ nō est eiusdem significationis cū hoc qd
dicitur: Permanet. sed significat filiationem: Uñ rabi aben/
hazra in sua glosa i hoc loco sic dicit: Hec dictio hynon ē ver
bum passiuum: quod deriuatur ab hoc noie nyn: qd pprie sig
nificat filiū: hec ille. Et sic sensus est: ꝙ ante solez filiabat̃ no
men eius: ac si dicat: ꝙ ab etno iste rex est fili⁹: vñ ex isto loco
ex necessitate lr̄e hebraice pōt sumi efficax argumētuz ad h ꝙ
in diuinis est dare filiū seu filiationē ab eterno. Et nota ꝙ in
hoc loco ⁊ in pcedēti immediate fauorabilior ē littera hebrai
ca veritati fidei q̄3 cōmunis nostra trāslatio: ⁊ sic est in q̄3plu
rimis alijs locis sacre scripture.
In eodem psalmo. lxxj. Deus iudicium: vbi dicit̃ i postil.
Complete sunt orationes dauid filij isai.

Additio. iiij. Ex q̄ dauid fec̃ hūc ps. ꝭm Hiero.
⁊ oēs doctores hebreos: put vitas
lr̄e i fine testat̃. Sumit̃ argumētū p opinione Aug. dicētis
ꝙ psalmi etiā ītitulati alijs psonis pter dauid sūt attribuēdi
ipi dauid tāq3 actori. nā iste ps. ītitulat̃ salomoni: ⁊ tn̄ eius
actor fuit dauid. Silr ex ps. imediate pcedēti. s. in te dn̄e spe
raui: q̄ nō intitulat̃ alicui actori: ⁊ tn̄ totus intelligit̃ factus
in psona dauid: put patet etiam in postilla sumit̃ argumētū
p pdicta opinione Aug̃. dicentis ꝙ etiā psalmi nullū habē/
tes titulū attribuēdi sūt dauid tāq3 actori.

Glo. ordi.

Hymn⁹ tria habet. laudem
dei cū cātico. nisi enī cātet̃ hi/
lariter non est hymn⁹: nō can
tat aūt q̄ nō amat. Si sit laus
⁊ nō est dei nō est hymnus: et
si sit dei ⁊ nō cū cātico non est
hymnus. Preter solitum ad/
dit. filij iesse. Dauid enim hō
q̄dam filius iesse regnauit in
israel: tēpore veteris testamē/
ti: in quo nouū erat: sed occul
tum. sicut ⁊ christus in dauid
⁊ in abraam. sed occultus: vt
fructus est in radice: sed non
apparet. Mouerunt aūt pauci
pphete ⁊ christū ⁊ nouū testa/
mentū. s. in occulto: ⁊ pnūcia
uerunt reuelandū. Illo ergo
tpe p regno illo vbi regnauit
hō filius iesse. p hmōi carnali
bus carnalis pplus laudabat
deū. Sed regno illo ⁊ ceteris
hmōi deficiētib⁹: deficit laus
nō filij dei h filij iesse. his autē
deficiētib⁹ q̄ de⁹ subtraxit: vt q̄rerēt ea q̄ occulta i ill̃
tegebāt̃. Loq̄t asaph. i. synago. h fidelis: q̄ pie deū co
luit: s3 ppt̃ trena q̄ a deo n̄ a demōib⁹ vt gētes q̄rebat.
Attēdēs āt blasphemos his abūdare p qb⁹ fuiebat
cepit nutare: nesciēs q̄d i his figur̃ lateret: q̄si nō eēt
aliq̄d meli⁹ qd de⁹ daret: h admonit⁹ p hec sibi subtra/
cta q̄rere ea q̄ n̄ habet cū malis cōia castigās se cū ad
miratiōe dic̃: Q̄ bon⁹: sed quib⁹: rectis corde. pmo q̄
describēs nequiciā maloꝝ: dicit se celasse pspera eorū
tū inde correctū. ⁊ correctus alios corrigit. Cas. Hic
agit̃ ꝙ laudes defecerūt: qr iā n̄ dat de⁹ blāda vt pne/
ris ad fuiēdū alliciēdis. ⁊ h dicit synagoga: q̄ iā sibi
ɔ h qd pus agebat testat̃ vt credibili⁹ sit.
a Quam bon⁹. Cas. Monet vt Ps. LXXII
non p temporalibus sed eternis deum laude
mus. b Pedes Cassio. Pro arbitrio mē
tis quod a veritate discrepabat. Gressus actus preci/
pitati: pene quia cito redijt. Uel pene. August. quia
ceperam errare: sed non erraueram. ceperam cadere:
sed non cecideram. c Pacē peccatoꝝ. Aug. Tēpo
ralem: fluxam: caducam. d Uidens. Non intelli
gens. August. quia hec pax videtur non intelligitur
oculos

a ꝭ attribuit̃. b ꝭ synagoge fideli.
Psalmus Asaph.
a ꝭ Iocūdū ē qd n̄ semp visū fuit
a **Quam bo/** LXXII a
a ꝭ Sed puersus puersis.
nus israel de⁹: his qui b c
a ꝭ Modo fateor deum bonum. Sed prius cū
non esset correctum mihi.
recto sunt corde. Mei autem pe d
a ꝭ Ad errādū. b ꝭ Affectus. c ꝭ ad lapsum.
b **ne moti sunt pedes: pene effusi**
a ꝭ idem quod pedes. b ꝭ Cur moti. c ꝭ inui
di ⁊ grauiter tuli.
sunt gressus mei. Quia zelaui e
a ꝭ intendens. b ꝭ Quid in eis. ꝭ Quā so/
lebam a deo petere: ⁊ p qua seruiebam.
c **super iniquos: pacē peccatoruz** f
a ꝭ Exponit breuiter q̄re sit eis data hec lex.
b ꝭ vel declinatio mortis. i. quia certa mors et
eterna manet eos.
d **videns. Quia nō est respectus** g

Nico. de lyra

a Quam bon⁹ ⁊c. Huic Ps. LXXII
ps. pmittit̃ talis titul⁹ in hebreo. Ps.
asaph. Et i trāslatiōe Hiero. Canticum
asaph. ⁊ ē penit⁹ eadē snīa. Scd̄z Aug. iste ps.
ītitulat̃ ab asaph. nō tāq3 ab auctore h tanq3 a
cātore: qr ꝭm euz dauid fecit oēs ps. h aliqs fe/
cit decātādos p asaph q̄ erat vn⁹ d pncipalib⁹
cātoribus. Scd̄z vo Hiero. ⁊ doctores hebrai/
cos q̄b⁹ videt̃ i h mag̃ assentiēdū sic dixi a pn/
cipio hui⁹ libri: asaph nō solū fuit pncipalis cā
tor: h etiaz habuit spiritū pphetie: ⁊ fecit hunc
ps. ⁊ plures alios: put videbit̃. j. Fecit autez
hūc ps. ad ostēdēdū bonitatē diuie puidētie:
q̄ attigit a fine vsq3 ad finē fortiter: ⁊ disponit
oīa suauiter. Sap. viij. l3 frequēter hoib⁹ igno
rātib⁹ ⁊ infirmis videat̃ ɔtrariū: eo ꝙ vidēt fre
quēter malos tpaliter psperari ⁊ iustos multi/
pliciter tribulari. In h igit̃ ps. sic pcedit: qr p/
mo ponit ītētā ɔclusionē. scd̄o ad vtrāq3 ptem
adducit rōnez. ibi: Mei aūt. tertio ponit vita/
tis determinatiōez. ibi: Existimabā. Circa pri/
mū dr: Q bon⁹. i. valde bon⁹. ē supple: b De
us isrl̃. qr l3 sit de⁹ oīm p creatiōez: dr tn̄ de⁹ isrl̃
p verā fidē: verūtn̄ qr bonitas diuia nō sentit̃
ab iniq̄s: sicut nec claritas delectabilis est oculis infirmis: h solū sen
tit̃ ⁊ degustat̃ a bonis. ido subdit̃: c His q̄ re. ⁊c. qr recte tēdūt in
deū sicut i sūmū bonū. d Mei aūt. Hic ɔūr arguit ad vtrāq3 ptē.
⁊ pmo ad oppositū. scd̄o ad ppositū. ibi: Si dicebā. Cōtra bonitatem
diuine puidentie accipit̃ rō ex duob⁹. maxie. s. ex psperitate maloꝝ et
ex tribulatiōe iustorū. ⁊ primo arguit̃ ex pmo. scd̄o ex scd̄o. ibi: Ideo
ɔuertetur. Prima adhuc in duas. qr primo ponit̃ psperitas maloꝝ.
secūdo iniquitas ipoꝝ. ibi: Ideo tenuit. Circa primū loquit̃ ppheta
in psona ppl̃i infirmi: q̄ videns psperitatē maloꝝ incipit dubitare de
bonitate diuine puidētie. vñ multi talia vidētes dicūt deū dormire:
q̄si nō habeat puidētiā d humanis actib⁹: sicut dicit Tulli⁹ ⁊ plures
alij in q̄ꝝ psona dicit̃ Job. xxij. Circa cardines celi perambulat: nec
nr̄a ɔsiderat. Dicit q̄ ppha i psona infirmoꝝ. Mei aūt pene moti sūt
pedes ⁊c. i. fere cecidi a rectitudine sentiēdi de bonitate diuie puidē
tie. e Quia zelaui ⁊c. i. mot⁹ fui p quādā ɔcupiscētiā ad sequen/
dū eos. Uñ dr Eccl. ix. Nō zeles gl̃iam ⁊ opes peccatoris. i. non ɔcu
piscas eas. Et motiuū dicte ɔcupiscētie tāgit dicēs: f Pacē petoꝝ
⁊c. i. eoꝝ tpalē felicitatē. Uisa enī magis mouent animam q̄3 audita.
Et ɔsequēter magis explicat in pticulari eoꝝ felicitatez dicens:
g Quia non est respectus morti eorum. id est non videtur cito mo
ri: sed diu viuere ⁊ diutius q̄3 iusti Eccle. vij. Iustus perit in iusticia
sua: ⁊ impius multo viuit tēpore in malicia sua.

Et firmamētū

Universidad de ... Biblioteca

oculos eludit. est enī fluxa et caduca. Cassio. Pacem pec. q: non est declinatio morti eorū. i. non cito moriuntur sed diu viuunt. et si plaga aliq̄d: nō firma vt durat flagellū correctionis. a Non est firmamentū in plaga. Cassi. Non miseretur deus cōsolidando plagas eorum: vt a simili incurabilis cui nihil prohibetur. b Operti. Cas. Ne resipiscant. non amicti vt vel liberum caput haberent sed toti opti. c Prodijt quasi. Aug. Sunt quidaz mali ex macie: id est necessitate. Alij ex abundantia: vt pauper egestate furatur: diues ex cupiditate. d Trāsierūt. Cassio. quasi a rectis semitis. e In excelso. Aug. Palam in manifesto. vel cōtra deū blasphemi. f In celum. Augus. Ac si dij essent: vel contra deum quem blasphemāt dicentes deū vel nescire sua mala vel nō punire. g Lingua trāsit super terraz. Aug. Que vltra mensuram humanitatis loquitur q̄si imortales sint. Vel et si ipsi in terra tamen modū transeūt. In terra. vel super terrā: id ē transit terrena omnia: quia nō cogitāt se homies cito posse mori: sed transit lingua eorum humanā fragilitatē. Hiero. Vel lingua eorū ens i terra. i. locutio eorū facta terrena: trāsiuit. i. defecit quia p̄ter rationem veritatis infirma est. h Ideo conuertetur. Cas. Exponēs asaph suū et aliorum errorem de prosperitate impiorum. dicit inde se reuersū ad meli' cōsiliū: vt et ipsi inquirāt veritatē rei intrātes in sanctuariuz dei. Q. d. h̄ ppenso q mala ex prosperis: ipse meus q a veritate deuiauit reuertetur ad eā. Hic. Aug. In hac sniā in q̄ modo sū. i Dies pleni. Hiero. pfecti inueniunt. et si modo non appareat. Cas. Vel dies pleni sunt quando xp̄s venit. hi ergo sunt in iudeis qui christū mouerunt. k Et dixerūt Aug. vnde cōuertetur: et dixerunt priusq̄ conuer. quomodo dicit scire que hic fiunt qui nō punit. et si est scientia in excelso. defectio est hic. tunc iniustus ē deus qui patitur malos. q: ecce ipsi pecca. hoc est quare videbatur eis nescire hoc. l Quomodo scit. Aug. Non dicit nescit: sed adhuc hesitat et prope est sanitati: et de tam graui infirmitate vicinior est salus: sicut vicina sanitate magis estuāt egri. m Et dixi. Cassi. Hec dixerūt: q̄bus confutandis hec ego. vel adhuc ex persona dubitat. Fatuis cogitationib' se dicit illusum: vt cū hec repudiauerit melius nos pcurauerit. n Et castigatio. Aug. vel et iudex me' in matutino. ecce iam remediū. xp̄s iudex q̄ viā vitat' idicauit. et mane surgēs spem nr̄az de mūdo ad celos trāstulit.

u. di. e. in/ tentum.

Si dicebā

a Aug. i. flagellū eorum firmum ē nō tpale sz eternū: et ideo modo non sunt in labore hoim.

a morti eorum: et firmāmentum a
in plaga eorum. In labore ho b

a Sanctorum. b Cassio. ab infirmitate et plagis velociter conualescūt: nec sicut homines iusti tribulationū quatiunt flagellis.

minum non sunt: et cum homi c
a Ad correctiones.
nibus non flagellabuntur.

a Et quia si eis modo prospere cedit. b ne euaderent. Qd quidem peius est q̄ quolibet modo superbire. c vnde iniqui. d Aug. vndiq̄ nec vident nec vident interiora eorum: vbi miseri sūt q felices putantur. vel circūamicti.

b Ideo tenuit eos supbiā: opti d e
a ad proximum. b Aug. Contra deum blasphemi.
sunt iniquitate et impietate f
a Et hec iniquitas. in apertum. b Et. transierunt viam rectam ad modum hominum: non putant se parere hominibus facientes qd placet.
c sua. Prodijt q̄si ex adipe iniq g
a d vitio i vitiū. b desiderio n necessitate
d tas eorum: transierunt in affe h
a et vt grauius eos peccasse ostendat q̄si ex improuiso egissent. subdit:
ctum cordis. Cogitauerunt et i

a nō cū timore sz in alto: clare cūctis audientib' et superbe. nō satis fuit q intus habere: nisi extra effūdāt: et alios iniuste docerēt.

locuti sunt nequiciam: iniqui k l
a vel sum. i. contra excelsum.
e tatem in excelso locuti sunt.
a Supba loquuntur de celo et de alijs.
f Posuerunt in celum os suuz: m
a defecit vel deambulauit. Ens.
g et lingua eorum transiuit in
a vel sup terram.
h terra. Ideo conuertetur popu o

a Aug. qui huc iniquus redit ad deum et incipit querere scilz quando dies pleni: id est plenitudo temporis quo missus filius est qui hec docuit contemnere eterna querere. vel huc.

i lus meus hic: et dies pleni in p q
a qr. antequā de tali cogitatione reuersi sunt.
k uenientur in eis. Et dixerunt r
a an. b vel nescit vel non curat hūana.
l quō scit de': et si ēst sciētiā i ex s
a deo. b hoc ideo videtur: quia mali sūt felices.
celso. Ecce ipi pctōres et abun t
a Aug. quasi ideo eram non peccator: vel haberē diuitias: modo econtra fieri video. b per violentiā. non paruas.
dātes i sclo: obtinuerūt diui v
a Aug. quia seruio et hec non habeo illi nō seruiunt et habent.
m tias. Et dixi ḡ sine cā iustifica x y z
a sine causa.
ui cor meū: et laui int' inocētes a
a opera non modo cogitationes. b et sine causa fui flagellatus. bene seruio et flagellor: nō seruit malus et ornatur vel honoratur.
manus meas. Et fui flagella b
a sine causa de ppetratis. mea non differtur: illis vel sera: vel nulla. sedula cita. vel in oratione matutina.
n tus tota die: et castigatio mea c

a Et firmamentum in plaga eorum. id est non ē longa duratio in plaga eorum quasi sit firmata: quia si infirmentur aut vulnerētur cito curātur habentes in promptu remedia curationum propter abundantiam diuitiarum suarum. b In labore hominū non sunt. sed in delitijs et solatijs viuunt. c Et cum hominib' nō flagellabuntur. quia propter diuitias suas eis parcitur de grauibus et duris laborib' qui alijs imponuntur. Et frequenter etiam contingit q bonis iustorum in tempestatibus destructis eorum bona remanent illesa. d Ideo tenuit. Hic cōsequēter describit eorum iniquitas. cuz dicitur: Ideo tenuit eos superbia: quia temporalis prosperitas frequēter est occasio superbiēdi. Et dicit tenuit: quia talis superbia non est ad horam. per modum passionis transeuntis: sed per modum habitus pmanentis. e Operti sunt iniquitate. peccando cōtra proximum. f Et impietate. peccando contra deuz: quia sicut pietas significat dei cultum: sic impietas eius oppositum. Et dicit operti sunt: quia vndiq; ad peccandum intenti sūt: sicut vestimentū operit hominē circūquaq;. g Prodijt q̄si ex adipe &c. id est ex diuitiarum pinguedine que prestant fomētum omnibus vitijs: quia pecunie obediunt omnia Eccs. x. h Transierūt in affectum cordis. id est habituati sunt in malis: et sic afficiūtur et letātur in ipsis: s'm illud Prouer. ij. Qui letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. i Cogitauerūt. intellectuz suū et industriam applicādo ad maliciam. k Et locuti sunt nequiciam. precipientes suis satellitib' exequi ipam ad iustorum afflictionez: sicut patet in tyrannis tam in nouo q̄z in veteri testamento. l Iniquitatem in excelso locuti sūt. blasphemias dicendo de deo: sicut pharao dicebat Exo. v. Nescio dominū et israel non dimittam. Et sennacherib. iiij. Reg. viij. dicebat q deus nō posset liberare Ezechiam et populū suum de manu eius. Et in nouo testamēto multi tyrāni blasphemias magnas dixerunt de christo. m Posuerunt in celum os suū precipiētes se adorari sicut deuz. quod patet de nabuchodonosor: qui precepit holoferni exterminare deos omnes terre: vt ipse solus deus diceretur. Judith. iij. Et Caius imperator misit statuam suam vt in ea adoraretur tanq̄ deus ab vniuersis: s'm q dicit Josephus libro de iudaico bello: et alij historiographi. ideo subdit: n Et lingua eorum transiuit in terra. id est lingua eoruz intantū transiuit metas rationis: ac si non essent homies terreni: sed mag' dij celestes. o Ideo conuertetur. Hic cōsequenter arguit ex iustorum aduersitate dicēs: Ideo cōuertet populus meus hic: q: popul' infirm' conuertit ad cōsiderādum prosperitatē malorum iuxta aduersitatē bonorum. p Et dies pleni. scz vigilijs et meditationibus. q Inuenientur in eis. in consideratione taliū. r Et dixerunt. post talem considerationem. s Quō scit deus. i. mirātur quō deus permittit talia. si ad hec se extendat sua puidentia: propter qd subdit: repetēdo breuit prosperitatē malorum iuxta aduersitatē iustorum: q: opposita iuxta se posita magis elucescūt. t Ecce ipi peccatores &c. i. in malis huius seculi. v Obtinuerūt diuitias. q̄b' habent corpales delitie. et subdit: x Et dixi. ego exercitatus in iusticia cōcludēs ex p̄dictis. y Ergo sine causa. i. frustra. z Justificaui cor meū. cauēdo a peccato cordis: a Laui inter innocētes &c. cauēdo peccata opis. et causa subdit: b Et fui flagellat' tota die. i. quasi cōtinue. frequēter enī cōtingit q iusti p totā vitā suā vel magnā p̄tē sue vite sunt in afflictione. c Et castigatio mea in matutinis: id ē velociter adhibita. qā enī electi cadunt in peccatū. de' nō differt punire vsq; in futurum: sed punit in p̄senti: et cito de cursu cōmuni. vñ dr. ij. Machab. vj. Etenī multo tpe nō sinere peccatorib' ex snīa agere: sz statim vltiōes adhibere magni bñficij est indicium.

Si diceb ā

a Si dicebā. Cassio. Ecce iam se reprimit auctoritate sanctorū: et iam vicina veritate deliberat sic. Si dice. &c. b Ecce nationē. Aug. Aliud incōueniens incipit soluere. Reprobaui. iudicaui qd non est. Existimabā. per p̄dicta volo probare deū non iniustū. sed hoc modo cogito non absolue. Aū me. i. q̄tum ad presentia: vel maior me. me superans nisi de' aperiat. Aug. vel ecce nationem filiorum tuorum: cui disposui et cōtinui: subaudis: occurrit et obuiat mihi. i. occurrit mihi prior predicatio quam israelit' feci vt deū colerēt: qui omnia creauit. et omnibus s'm opera sua restituit. obuiat mihi doctrīa cui cōgrui et accōmodatus sū. Sz ne ego reprobarem nationē priorum patrum: vel priori doctrine mee cōtradicerem. Existi. &c. c Filiorū tuorū. omnes enī abraam et ceteri aliter docent: quib' cedere debeo. nō enī omnib' prudentior. Sz ne reprobarem. Existima. vel suscepi cognoscere: iam reuocat a lapsu: q nō p̄sumit se sciente cōtra sanctos. Ut cognosce. hui' rei veritatē qd nō an: dum dicebat deū hec nō curare. Cogitabā vt scirem hoc. prior gradus sciētie dū scit nescire se: qd prius videbatur scire: repudiat autem priorē sensū dū q̄rit altium. d Labor ē ante me. Aug. quasi murus mihi obstat i facie. quomodo de' sciat et curet hec: et bene sit malis: et bonis male. vel ante me. sed non ante deuz. Si ergo fuero ante deum. nec mihi labor: quod et facit: addit enī labor: ē donec intrē i sanctuariū dei. xp̄s ē sāctuariū illud in q oia cōsilia sup filios hominū. Vel sanctasanctorū. Vel lex quā cōtuens videt in iudicio illos dānatos. e Sanctuarium. Aug. christus: q vt de' singulorū merita dinoscit. vel sāctuariū sāctasāctorum. i. secretū diuīe dispositiōis. f Verūtñ. Aug. Cas. ecce qd didicit iste in sāctuario: malos hic decipi. postea in fine oībus deserendos: a q malo ipe liberatus ē: q et terrena q̄sinit: sz in deo. hic dicit in h̄ mūdo malos nō esse imunes et impunitos: q: et si felices tñ reatū gestant: et frequēter ruinas incurrunt. Verūtñ. i. sed. et h̄ posuisti eis hūc florē et copiam tpaliū propter do. &c. g Propter dolos. Aug. vel iuxta lubricum. Q. mō dolosi fecisti eis sub specie boni dans mala. Vel iuxta lubricū vt sūt tpalia: vbi cadūt q amore sunt iuxta: dū enī dolosus aliū vult deijcere iuxta lubricū eū ponit. h Velut sōniū. Aug. apta cōpatio clausis oculis videm' bona: q mox aptis nō inueniemus i vita sōniū i morte euigilāt sciētes qd est. i In ciuitate. Aug. In cōspectu ppli tui. vel dū cōstituit tua ciuitas Hiero. vel i celesti hier'm imaginē eorum. effigies deformitatū q̄s sibi faciūt. ali' leo ferocitate: ali' aper sorde libidinis. Cas. vel gloriā tpis q nō vera: sed silitudo glie: q: cū deerit vitas eis peribit imago. nec silitudinē retinebūt q de beatitudine nil habebūt. ideo pdes eos: q: p eos. k Inflāmatū ē cor meū. i. inuidi felicib'.

Et renes

a astruam. deus
a in matutinis. Si dicebā narra a
a q nō curet ista. q iuste iuuat q's frustra. b doctrina. c scīoz pphaz et patriarchaz.
b bo sic: ecce nationē filiorum tuorū b
a reliqui. b iudicaui reprobaui. cogitabam
c reprobaui. Existimabam vt cog c d
a vel suscepi cognoscere. b laboriosa questio ante oculos meos.
d noscerem: hoc labor est ante me. e
a Aug. quid tibi in eo: de eo intendam oculo metis in finem vbi omnia iudicātur.
e Donec intrem i sanctuariū dei: f
a nō a me sed in sanctuario. b nō modo in futuro. sed et hic.
et intelligā in nouissimis eorum. g
a quia dolosi sūt et in ipo dolū patiunt: vt terrena eligāt: eterna relinquāt: dum aliquid alijs dolo tollunt animā suā perdunt. sed.
f g Verūtñ propter dolos posuisti h i
a de alto. b in eo ipo non post: q: elatio casus ē.
eis: deiecisti eos dum alleuarē k
a Aug. admiratur de eis videns nouissima. sed in futuro.
tur. Quōmodo facti sunt in de l
a ab omnibus rebus deserti sunt in morte: que et repente veniet: nō coiter moriuntur cū bonis sed pereūt eternaliter propter iniqui. &c. b vt fumus deficit dum extollitur.
solatione: subito defecerūt: peri m n
erunt propter iniquitatem suam. o
a Aug. ita defecerunt vt somniū surgētis q in somno sibi diues videt: euigilās nihil habet: sic isti dū de hac vita i q̄ ceci dormiūt euigilauerint nil nisi miseriā inueniēt. b vel exurgentes.
b Velut somniuz surgentium do p q
a sz ne modo magna videāt q̄ eorum sūt subdit. b q: in terrena sua ciuitate imaginem dei ad nihilum redegerunt.
i minē: in ciuitāte tua imaginem
ipsorum ad nihilum rediges.
a Zelo. vel amore dei. Aug. vt delectatū. i. qā delectauerūt me terrena: renes mei sūt murati: vel quia ad deum totus castus factus est.
k Quia inflāmātum est cor meū: r

a Si dicebam. Hic cōsequēter arguit ad oppositum exemplo iustorum q̄ frequenter legunt afflicti in vita presenti ad magnitudinē premij consequendi in futuro: et hoc est quod dicit: Si dicebam narrabo sic: id est tenebo istam opinionē appetendo cuz peccatoribus tēporalē prosperitatez. b Ecce nationē filiorum tuorum. i. iustorū: qui sunt filij dei p gratiam. c Reprobaui. quia ipsi contēpserunt terrena et patienter sustinuerūt aduersa propter premium in futura vita sicut patet de abraā et isaac et alijs sanctis patribus scz patriarchis et prophetis. Unde et Esaias fuit serrat': et Hieremias lapidatus: et Daniel in lacum leonum proiectus: propter quod dicit Judith. viij. Omnes qui placuerunt deo p multas tribulatiōes transierūt fideles. Et Act'. xiiij. Per multas tribulatiōes oportet nos intrare in regnum dei. d Existimabam. Hic cōsequenter ponitur veritatis determinatio: et primo ponitur hec determinatio. secūdo determinatiōis declaratio. ibi: Verūtñ. Circa primum ostendit qualiter habeat veritas huius questionis. s. per diuinā reuelationē: et nō per humanā inuestigationē: quia de p̄miatione bonorū et de punitione malorum in vita futura nō habetur aliqua certitudo ex inquisitione humana: sed tñ ex reuelatione diuina. et h̄ est quod dicit: Existimabā vt cognoscerē: id ē vt possem cognoscere veritatem de p̄dictis p inuestigationem rationis. e Hoc labor est ante me. quasi diceret: quātūcunq; ad hoc laborarem non possem attingere ad hanc veritatem. et de talibus dicitur Eccs. viij. Quāto pl' laborauerit homo ad querēndum: tanto minus inueniet. f Donec intrem in sanctuariū dei: id est ad intellectum sacre scripture diuinitus reuelate: quā vocant sanctuariuz eo q deus in illa loquitur: sicut in sanctuario diuinitus responsa dabantur. g Et intelligā in nouissimis eorū. id ē intelligā punitiōes et p̄mia vite future: de q̄b' aperte loq̄t scriptura in veteri testamēto et nouo in pluribus locis. duo tamē tangā ad presens: vnum de veteri testamento: et aliud d nouo. Dañ. xij. dicit: De his qui dormiūt in puluere terre euigilabūt: alij in vitam eternam: et alij in opprobrium vt videāt semper. Similiter Matth. xxv. Ibūt hi in supplicium eternum: iusti aūt in vitam eternā. h Verūtamen. Hic consequenter dictam determinationem declarat. et primo q̄tum ad penam malorum. secūdo q̄tum ad bonum iustorū. ibi: Quia inflāmatum est. Circa primū dicit: Verūtamē propter dolos: quib' iniusti defraudauerūt et afflixerunt innocentes et iustos. i Posuisti eis. s. finē sue prosperitat' tēporalis eos subtrahēdo d p̄senti vita. hoc dicit. contra illud quod supra fuerat inductum ad oppositum de longa vita malorum: quia non est respectus morti eorum: quia etiā aliquando contingit contrarium ex diuina ordinatione: et hoc ad terrorem aliorum malorum et consolationem bonorum. ideo subditur: k Deiecisti eos dum alleuarētur. i. dum adhuc essent in augmento sue prosperitatis temporalis: sicut patz de antiocho illustri et de multis alijs tyrānis. l Quomodo facti sūt in desolationem: quia non solum aliquando moriunt. sed etiam possessiones eorum et domicilia destruuntur. m Subito defecerunt. de p̄senti vita. n Perierūt. in gehēnali pena. o Propter iniquitatē suaz. quia mortui sunt cum finali impenitentia. p Velut somniū surgentium. illa enim que vident in somnis non sunt res vere sed imaginarie: ideo statim euanescunt homie euigilante: sic prosperitas temporalis cōparata ad eternam nulla est: et ideo cōparatur somnio: quia statim euanescit per mortem que oculos aperit quos culpa clausit vel clausos tenebat in p̄senti vita. q Domine in ciuitate. q additur: tua. in aliq̄b' libris: nō est in hebreo. In translatione vero Hiero. sic habet: In ciuitate eorū imaginem ipsorum ad nihilum rediges, potentib' enī hui' mundi fiebāt antiquitus imagines in ciuitatibus: q̄bus populares reuerētiam faciebant: et quādo diuino iudicio eijciebant a sua tyrānide vel potestate et interficiebant iste imagines in detestationem eorum cōfringebāt. Vel p imagines itelligūt filij eorum: q: fili' ē naturalis imago p̄ris: et tales tyrāni legunt frequēter iterfecti cū tota prole sua: vt habetur in libro Reg'. in plurib' locis: et in plurib' alijs historijs. r Quia inflāmatū est. Hic cōsiter describit p̄miatio bonorum in p̄nti q̄tum ad bona grē: et in futuro q̄tū ad bona glorie. Dicit igitur psalmista in persona talium. Quia inflāmatum est &c. istud q: non refertur ad precedentiā quasi hic

reddatur

Universidad de … Biblio

a ¶ Renes. quibus statuit. i. constantia mentis resoluta est vt ꝓspera amarē. grauis culpa prebere alijs occasionē peccandi. b ¶ Ad nihilum redactus sum. vanis herens: iniurius deo factus. c ¶ Nesciui. magna ꝛ ꝓfunda ignorātia nescire ꝙ pecces. ¶ Cas. Remi. In ciuitate tua imaginē. Uel de hereticis pōt hoc accipi ꝙ diuersas imagines dicit diuersas hereses ꝛ ꝑsonas heresiarcharū q̄s sibi in varijs dogmatib⁹ induerūt. Quas rediget deus ad nihilū i ciuitate sua scʒ pātri: vel i supceleſti ecclesia. ¶ Quia inflāmatū. Aug. Remi. Ecce cōuersio hui⁹ asaph facta sup⁹ inq̄sitiōe: quō scit de⁹ ⁊c. Q. d. Illos rediges ad nihilum: ſ ego semp ero tecū. Quare qꝛ cor meū inflāmatū ē: vl' delectatū amore dei: ꝛ tūc renes mei carnales delectatiōes cōmutate sūt i spūales. b ¶ Uel cōmutati sūt. Aug⁹. qꝛ pri⁹ ad nihilū redac. sū. i. ad ea q̄ nihil sunt descendi: quia nesciui nihil esse: ꝛ post vt iumentū mansuet⁹ fact⁹ sum ferēdo oneri: ꝛ semp ero tecū. c ¶ Iumētum. Cassio. Apud deum vice pecudum sunt: qui cōtra deū sentiunt. ꝛ tamē in his errans: nesciēs iudicia dei: semp fui tecuʒ quodāmodo ab idolis alienus. ꝛ tibi credens: ꝛ tu tenuisti. f ¶ Tenuisti ma. Aug⁹. Quia lʒ pecus non recessi a deo. Tenuisti manū. i. potestateʒ dextre id est rexisti ꝙ semp tecum: ꝙ fili⁹ dedit enī potestatem filios dei fieri his qui. c. in. n. e. ¶ In sinistra pec⁹ amans hec tpalia. ¶ Uel. Manuʒ dexteram Cassi. non sinistrā. Tenet dextrā de⁹: dū ad bona opera dirigit: ꝛ ne mergamur liberat vt petꝝ. ¶ Cassio. Uiso malo impiorum bonoꝗ suo arguit se de priorib⁹ ꝙ terrena a deo quesiuit: ꝛ inuitat in cōtrariū. ¶ Aug. Cōparat terrene voluptati sue pmiū celeste ꝛ se arguit. g ¶ In etnū. ab coniunctiōe vltra separabor. h ¶ Qui fornicant. huic fornicationi ꝯtrari⁹ ē cast⁹ timor: qui gratis ipm amat in quo habet oia. i ¶ In portis. Aug⁹. In publico: vel in concordia apostolorū q̄ sūt porte ecclie. Quia pdicatio q̄ ē ꝓpt vnitatē ecclie inanis ē. Al' xtutib⁹. ecclesia ē filia sion. i. speculationis. k ¶ Intellectus asaph. Aug. Synagoga que tm̄ d iudeis voꝝ ſm grana non paleas. Synagoge data est lex. q̄ qdeʒ a deo per moysen. Per xp̄m gra: qꝛ iplet p charitateʒ: qō tūc videbat. Ueritas. qꝛ redditur qō ꝓmittebat. In lege ꝛ ꝓphis eadem precepta cū euāgelio fere oia. Moralia enī eadē ſ non cerimonialia. Nō tn̄ eadē sacramēta: qꝛ illa ꝓmittebant: hec dant salutem. ¶ Nec eadeʒ ꝓmissa: qꝛ ibi terrena pmo aīalib⁹ h etna spūalib⁹: Illa g ablata sūt: non est enim vnctio vel sacerdos: vel ꝓpheta: vel templum. Ubi veritas venit vastata sunt omnia pro quibus christum occiderunt. hoc plangit asaph intelligens discernensꝗ terrena a celestibus: vetus testamētum a nouo: vt scias quid ex his eligas. ¶ Primus psalmus lamentationis: sequuntur alij duo. lxxviij. ꝛ. cxxxvj hoc genus dilectionis plenum charitate docet flere cum flentibus: ampliore misericordia plorat iste in prosperis hierusalem nondum euersa: necduʒ visa captiuitate sicut post fleuit Hieremias captiuitate peracta. Ido subuersio captiuitatis deplorata pscribitur: vt duricia iudeorum vel calamitatibus terreretur vel molliretur. ¶ Cassi. Monet relictis figuris transire ad veritatem.

Ut quid

a ſ Carnales delectationes.
b ſ vel resoluti sunt. c ſ Aug. qui modo talia dico: de diuitibus aliquādo talia desiderabā: et tunc mihi quādo pene effusi sūt gressus: nō ē ergo desperandū de hmōi.

et renes mei cōmutati sūt: et ad

ſ hebui vel hebes fui.

nihilum redactus suʒ: ꝛ nesciui.

a ſ qd ē nesciui: ecce. ſ Aug. vel vt pec⁹ cū terrena amans: non noui eterna: sed non recessi a deo petens hec non a demonibus, vnde subdit: ꝛ ego semper tecum.

Ut iumentuʒ factus sum apud

a ſ et tu.

te: et ego semper tecum. Tenuisti manuʒ dexterā meā: et in vo

a ſ nō meis meritis. b ſ ad veꝝ intellectum.

luntate tua deduxisti me: et cū

a ſ eterna. ſ que maior glīa q̄ hoiem ⁊bo dei vniri: ꝛ ad dextrā ei⁹ locari. ſ humanā naturā ⁊bo vnisti cū glīa. b ſ Q. tm̄ ꝛ tale mihi paratū ē in celo qō dici nō pōt. s. tu ipse. ſ Q. bene dix: In gloria suscepisti me: quia.

gloria suscepisti me. Quid enim

a ſ quod habēt ꝛ mali quasi magnum volui.
b ſ q̄ vile.

mihi ē i celo: et a te quid volui

a ſ ideo. ſ carnalis delectatio in opere.

super terram? Defecit caro mea

a ſ Cas. mala cogitatio. b ſ tam castū cor mihi fecit ꝙ gratis iam deum amo.

et cor meum: deus cordis mei

a ſ hoc est qō ē ei in celo. ſ alij alia eligūt sed ego deū. ſ tam magna res ꝙ nō alia.

et pars mea deus in eternum.

a ſ ideo ps mea de⁹. b ſ lōge sunt qui hec temporalia nō a deo petunt: qō non iste.

Quia ecce q̄ elongāt se a te peri

a ſ hi sunt longe.

būt: pdidisti oēs qui fornicātur

a ſ illi ira: tu aūt qd. b ſ Aug. nihil meli⁹ ē q̄ videre facie ad faciē. ſ in ꝑseuri p cultū: ꝛ si errauit a cultura non recessit.

abs te. Mihi autem adherere

a ſ modo dū peregrinus: dum non res.

deo bonū ē: ponere in dño deo

a ſ q̄ ē anchora pmissa ad terrā. b ſ Aug. i. negocij: iste iterim habet laudare deū ꝛ coamatoꝝ facere.

spem meam. Ut annūciem om

a ſ vel in atrijs.

nes predicatiōes tuas: i portis

a ſ scʒ ꝙ venit veritas figuris ablatis: ꝛ ꝙ eterna: non temporalia querenda sunt.

filie sion. ¶ Intellectus asaph.

reddatur ratio predictorum: sed magis sequentium. dicit ergo: Quia inflāmatum est cor meum. per dei puram dilectionem. a ¶ Et renes mei cōmutati sunt. per carnis concupiscentie remissionem aut repressionem: que viget in renibus q̄tum ad masculos: vt dicit Greg⁹. omelia. xxxij. b ¶ Et ad nihilum redactus sū. q̄si dicat: ex h ꝙ dilexi deū ex toto corde ꝛ repressi impetum luxurie: secutuʒ est ꝙ ego ad nihilum redactus sum in mea reputatiōe. c ¶ Et nesciui: id ē me ignorantē reputaui. Quanto enī homo plus per charitatem deo coniungitur: ꝛ a carnali libidine retrahit: tāto min⁹ se reputat p humilitatē: ꝛ magis cognoscit suaʒ ignorantiā. ideo subdit: d ¶ Ut iumētum fact⁹ sū apud te. i. in sciētie tue cōparatione: que magis excedit cognitionem humanā: q̄ humana brutalem. e ¶ Et ego semp tecū. qꝛ quādo homo resilit in ꝓpriam prauitateʒ ꝛ ignorantiā cōmittit sese totaliter diuine dispositioni: ꝛ ipē cū recipit: ſm ꝙ dicit ps. liiij. Iacta sup dominū curam tuam: ꝛ ipē te enutriet. ideo subdit: f ¶ Tenuisti manum dexterā meā. me dulciter in tua ꝓtectione recipiendo. g ¶ Et in volūtate tua deduxisti me. a deuijs vite pn̄tis mihi pcauendo. h ¶ Et cuʒ glīa suscepisti me. de pn̄ti miseria ad vitā beatā trāsferēdo. idō subdit. i ¶ Quid enī mihi est in celo ⁊c. q. d. nec in celo nec in terra ē aliq̄ creatura q̄ mihi sufficiat ꝓ beatitudine mea: q̄ cōsistit obiectiue in solo deo: q̄ ē bonitat⁹ infinite. ideo subdit: k ¶ Defecit caro mea ꝛ cor meū. in ꝯsideratione bonitatis tue q̄ non pōt cōphendi a finita virtute: ſm ꝙ dicit. j. Coꝝ. ij. ꝙ oculus nō vidit ꝛ auris nō audiuit: ꝛ in cor hoīs non ascendit q̄ ꝑparauit deus his q̄ diligūt eū. idō subditur: l ¶ De⁹ cordis mei. i. aīe mee creatoꝛ ꝛ beneficiatoꝛ. ideo subdit: m ¶ Et ps mea deus in eternū. i. adimplens desiderium meū. n ¶ Quia ecce q̄ elōgāt se a te. per peccatū mortale. o ¶ Peribunt ꝑditione gehēne. p ¶ Perdidisti oēs ⁊c. p peccatū idolatrie: qd in scriptura fornicatio nominat. q ¶ Mihi aūt adherere deo bonum est. per fideʒ ꝛ charitatem in p̄senti. r ¶ Ponere in domino deo spem meam. per certā future beatitudinis expectationem. spes enī est certa expectatio future beatitudinis ex grā ꝛ meritis pueniēs. s ¶ Ut annūciē ⁊c. i. illa q̄ debēt annūciari fidelib⁹ ad glīam tuā ꝛ coꝝ vtilitatem. t ¶ In portis filie sion. h nō ē in hebreo nec in translatione Hiero. ſ fuit appositū ab aliq̄ expositore eo ꝙ i veteri testamēto ꝓphe ꝛ doctores ānūciabāt reuelatiōes sibi factas ꝛ legꝭ expositiones i portis atrioꝝ dom⁹ dñi: q̄ erat i mōte sion: ꝓpt qō fuit dictū Hiere. vij. Sta i porta dom⁹ dñi.

Ps. LXXII

Moraliter.

[Ut bonus isrl ⁊c.] Psalmuʒ istum fecit asaph habens spiritū ꝓpheticum ostendens in eo ꝙ dei prouidentia attingit a fine vsꝗ ad finem fortiter et disponit omnia suauiter: liceʒ mundanis hominibus aliquando contrarium videatur: eo ꝙ vident frequenter malos homīes temporaliter ꝓsperari et bonos tribulari. Et sic litteralis sensus est simpliciter moralis: ꝓpter quod pertranseo de alio inducendo.

¶ In psalmo. lxxij. Ut bonus israel. vbi dicitur in postil. Scdʒ vero Hiero. ꝛ doctores hebreos.

Additio. j.

Non omnes doctores hebrei hoc sentiūt. scilicet ꝙ dauid fecit omnes psalmos: nec in hoc videtur magis assentiendum Hieronymo q̄ Augustino: sed potius econuerso: vt dictum ē supra in principio libri. ꝛ in ps. imediate pcedentibus: ꝛ in quibusdam alijs ⁊c.

In ps.

In codē ps. vbi dr in postilla: Quia celaui sup iniquos.

Additio. ij.

Iste cel⁹ pōt exponi in bonū. s. de celo iusticie eo mō q̄ dicitur in ps. Zel⁹ domus tue comedit me. Iusti enī vidētes ꝓsperitatē maloꝝ frequēter celāt celo iusticie: nō ꝯcupiscētie: timētes. s. ne simplices ex taliū ꝓsperitate decipiant. vñ dicit infra: Ideo ꝯuertet ꝑls me⁹ hic ⁊c. Et qꝛ cel⁹ cordis ꝛ cetere passiōes animi cū valde intēdūt turbāt mot⁹ corꝑales ſm phm: idō pdixit psalmista: Mei aūt pene moti sūt pedes ⁊c. qō intelligit d motu ꝛ gressibus corꝑalib⁹ q̄ ex vehemētia celi iusticie pcipitabāt.

¶ In codē ps. vbi dr i postil. Quia nō ē respect⁹ morti eoꝝ.

Additio. iij.

In hebraico ponunt in h vsu alique dictiones obscure ꝛ equiuoce: ſm q̄s q̄dā hebreoꝝ expositores hūc versū sic interptant: Quia non sunt ligamēta in morte eoꝝ: qō sic exponunt: qꝛ isti peccatores moriunt absꝗ penis corꝑalib⁹: ac si nō eēnt anime eoꝝ ligate suis corporib⁹: ꝛ sic sine pena corꝑali vel saltē cuʒ leuissima migrant ab hac luce: qō nō ꝯtingit cōiter hoībus: siliter ꝛ qō sequit. Et firmamentū in plaga eoꝝ: interptant iuxta lrām hebraicā q̄ videt sonare sic: Et ē sana valitudo eoꝝ qō sic exponūt. s. ꝙ tales impij in vita sua sūt fortes ꝛ validi ꝛ moriūt sine penis saltē grauib⁹. ꝛ ideo subdit imediate: In labore hominū nō sūt ⁊c. q. d. isti nec laborāt in vita qꝛ fruūt suauitate corꝑali: nec in morte: qꝛ sine agone moriunt: cui⁹ oppositū frequenter ꝯtingit etiā in viris iustis ꝛ sanctis ⁊c.

¶ In codē ps. vbi dicit in postil. Uerūtn̄ ꝓpter dolos.

Additio. iiij.

In hebreo habet: Uerūtn̄ in dolis seu fraudib⁹ posuisti eos qō exponit ab aliq̄b⁹ hebreis sic: ꝙ impij q̄ inocētes defraudant seu affligūt finaliter defraudāt ꝛ decipiūt. s. in istis mundanis: qꝛ frequenter ꝯtingit eis qō subdit. s. Deiecisti eos dum alleuiarent: exponat ꝓut in postil.

¶ In codē ps. lxxij. vbi dicit in postil. Quia inflāmatū est.

Additio. v.

cōcludebāt q̄ taliū puidētia seu gubernatio non ptineret ad deū q̄ sūme iust² ē: τ iste erat error dicētiū de deo Iob. xxij. Super cardines celi pambulat τ nr̄a nō ɔsiderat: τ q: taliū rōcinatio ē stulta: idcirco dicit ps. Uir insipiēs nō cognoscet hec id est nō cognoscet q̄ cogitatiōes dei circa rerū hūanaꝝ gubernationē sūt pfūde τ valide: τ reddēs cām q̄re stult² h̄ nō itelligit subdit: Cū exorti fuerint petōres sicut fenū. i. multiplicant ī h̄ seculo plus q̄ alij. iuxta illud Eccs. j. Stultoꝝ infinit² ē numer². Et apparuerit oēs q̄ opant iniq̄tatē: h̄ ē q̄ nō solū multiplicāt nūero: s̄ etiā pspērāt florētes: τ h̄ ē motiuū insipiēt' et τ stulti p̄dicti quo nitit amouere diuinā puidētiā seu gubernationē ab hmōi reb² hūanis: qd̄ q̄dā ps. reprobat cū dicit: Ut itereāt i seculū seculi. h̄ ē dicere: talis multiplicatio τ pspēritas nō ē reputāda. In seculū seculi. s. i vita futura. Cui² rō ē eo q̄ tales l3 mō florēāt interibūt tñ: q: de² q̄ ē altissim² τ potētissim² i eternū nō pmittit talia īpunita. vñ sequit: Tu aūt altissim² τc. qm̄ ecce inimici tui τc. vsq3 ibi: Qui opant iniq̄tatē. Cōsequēter tractat ps. de istis q̄ l3 q̄nq3 supprimāt: finalit tñ q̄si triūphaliter eleuant. de q̄b² dicit: Exaltabit sicut vnicorn² cornu meū: cui² rō ē: q: d̄r. j. Iob. v. Hec ē victoria q̄ vincit mūdū fides nr̄a. Et q: q̄nq3 ɔtingit q̄ magna ps vite iusti sit in tribulatiōe: dicit q̄ etiā tales ī senectute sepe reflorēt: τ de h̄ dic: Et senect² mea ī misēdia vberi: q̄ q̄dē iusti sepe vidētes punitionē maloꝝ letant ī manifestatiōe diuie iusticie eo mō q̄ d̄r: Letabit iust² cū viderit vindictā. τ de h̄ dicit: Despexit ocul² me² τc. τ q: q̄nq3 hec vindicta nō videt s̄ audit. iō dicit: Et ī surgētib² ī me malignantib² audiet aur' mea: supple vindictā seu punitionē eoꝝ. Cōsequēter ōndit p exēplū differentiā quā posuerat iter iustos τ ipios. d. Iust² vt palma florebit τc. q. d. sicut iter plātas sūt q̄dā q̄ cito florēt τ cito arescūt sicut fenū τ hmōi: τ sūt q̄dā alie q̄ nō ita cito florēt s̄ paulatim: τ tales solide τ recte crescūt ī altū sicut palma τ cedr²: sic inter hoies q̄nq3 ɔtingit: q̄ ipij exorti sūt sicut fenū qd̄ modice duratiōis est. Iust² aūt sicut palma τ sic cedrus: τ iō sicut assimilauit primo petōres feno. d. Cū exorti fuerit petōres vt fenū: sic mō assimilat iustos palme τ cedro τc. d. Iust² vt palma τc. Est etiā alia differētia iter plātas ex loco vbi plātant: q: q̄dā loca sūt magis apta ad fructificādū q̄ alia: τ iō dicit de iustis. Plātati i domo dñi. h̄ ē dicere: nō soli iusti habēt excellentiā ex pte sui s̄ etiā ex loco vbi plātāt. Quia ī domo dñi. Et ī atrijs dom² dei scz ī grā τ v̄tutib² q̄ ptinēt ad iustos ī q̄b² de² habitat. Cōsequēter q: circa punitionē ipioꝝ ōnderat q̄ erāt ī eternū puniēdi: τ h̄ cū dixit: Ut itereāt i seculū seculi: nūc aūt dicit: q̄ iusti ī alia vita p̄ncipaliter p̄miabunt: τ h̄ ē qd̄ dicit: Adhuc multiplicabūt ī senecta vberi. vñ p senectā recte posset itelligi vita futura q̄ vltimū locū tenet ī duratiōe hūana: q̄ q̄dē senecta in

viris iustis vberrima ē: iuxta illud. Inebriabimur ab vbertate dom² tue. τ notāter dixit: Adhuc. q. d. nō solū in hac vita q̄nq3 p̄miant iusti s̄ p̄ncipalit' i futura. vñ notāter subdit: Et bñ patiētes erunt: q: ī actib² btificis iusti solū passiue se habēt. visio eni in qua principaliter ɔsistit beatitudo sit: τ gaudiū seu leticia q̄ talē visionē cōsequunt nō nisi q̄dā passiōes sūt. De visiōe eni manifestū ē q̄ vidēs nihil agit ī visam rem s̄ eꝫ. De gaudio vero τ leticia seu delectatione ptꝫ p Aug². xiiij. d̄ ciui. dei: q̄ eas nūerat iter ceteras passiōes aīe. vñ ppꝛissime τ valde notabilit dicit: Et bñ patiētes erūt: τ q: iusti ī illa vita beata ex ɔsequēti habēt quādā actionē. s. laudare deū: iuxta illud Esa. lxij. Sup muros tuos hierlm idcirco dicit: Ut annūciēt qm̄ rect² dñs nr̄ τ nō ē iniq̄tas ī eo: vbi li vt cū d̄r: Ut annūciēt. tenet nō causaliter s3 cōsecutiue. Et ē sensus q̄ tales ī senecta vberi bñ patiētes mō p̄dicto: ɔtinue annūciabūt rectitudinē diuie iusticie circa premiū bonoꝝ: τ q̄ nō ē ī eo iniq̄tas. s. circa punitionē maloꝝ. l3 eī multa alia de attributis essentialib² diuinis τ ei² effectib² circa creaturas sūt laudāda: tñ de rectitudine iusticie τ de amotiōe iniq̄tatis facit mētionē: vt cōcludat insipientiā stulti supradicti: q̄ diuinā gubernationē amouebat ab humanis actib² ex iniusticia q̄ ī eis apparebat: vt. s̄. dictū ē: ōndēs q̄ ī alia vita finaliter demōstrat q̄ rect² ē dñs τc. Si aūt obijciat ɔ p̄dicta de h̄ qd̄ d̄r: Eccs. ix. Uniuersa q̄ eueniūt iusto τ ipio bono τ malo mūdo et īmūdo τc. Ex q̄ ptꝫ q̄ ista bona tpalia indifferent se habēt ad bonos τ ad malos: qd̄ etiā sepe videt p experientiā. Cui² oppositū videt annuere ps. ī q̄busdā versib² hui² ps. vt dictū ē. Ad h̄ dicēdū sm Tho. p̄ma scōe. q. vi. ar. vi. ī cor. q. q̄ de² tñ dat iustis d̄ bonis tpalib² et etiā de malis q̄tū eis expedit ad pueniendū ad vitā eternā. Malis aūt q̄nq3 pmittit euenire bona tpalia: vt ī eis īuoluant ī penā petōꝝ. vñ ps. in h̄ loco loq̄t de iustis q̄b² de² aliq̄n exhibet bona tēporalia vt inde adiuuent ad cōsecutionē spiritualiū eo mō q̄ d̄r ī ps. timētes aūt dñm nō minuent oī bono. Notādū etiaꝫ q̄ iste ps. pprie ptinet ad diē sabbati. ī ipi² eī exordio tractat de sabbato legali qd̄ ad memoriā creatiōis rerū fuit p̄ncipaliter a deo institutū. vt ptꝫ Exo. xx. de q̄ dicit: Delectasti me dñe in factura tua: τ ī opib² manuū tuarū exultabo: τ sic reddit grās d̄ creatiōe rerū: ad qd̄ sabbatū illud institutū fuit. ī fine aūt ps. tractat de sabbato vltimo et finali in quo est vera requies aīarū: in quo sancti bñ patiētes laudes diuinas indesinenter annunciabūt: de quibus dicit: Adhuc multiplicabūt τc. τ bñ patiētes erūt vt annūciēt τc. vt. s̄. expositū ē.

Replica.

Circa ps. Bonū ē ɔfiteri. Et dñs regnauit decorē indut² τc. diuersificāt postillator: τ Bur. ī applicatione nō in sententie veritate.

Glo. ordi.

non iniquus vt fraudet p̄mio: sed benignus vt accumulet.
a In die ante sabbatum. Aug². Gen. 1. a In die ante sabbatū. i. sexto die q̄ fact² est homo ad imaginē τ similitudinē dei: factis oibus que erant valde bona: requieuit sabbato: p̄signās qd̄ requiescem² in deo: si faciam² bona opera q̄ cū labore fiūt. in quo deficeret homo: nisi spes quietis teneret. Et q: hec opa finē habent. sextus dies quo fiunt habet vesperā. Sabbatū non habet. Uel sexto die fecit de² hoiem. sexto seculo venit reformare. In. vj. die nō legit fundata terra: sed mystice dicit: cū homo fundat immobilis fide: tūc fit homo ad imaginē dei: quod significat sextus dies.

XCII

b Dominus regnauit. Cas. Laus christi hic cātat demonstratiuo genere. Primus locus laudis a pulchritudine ei². Secūdus a fortitudine ibi: Indut². Terti² ab opib². ibi: Etem. Quart² a ptāte. ibi: Parata. Quint² a laudib² vniuersitatis. ibi: Eleuauerūt. Sextus a veritate dictoꝝ ibi: Testimonia. Septimus a laude domus ibi: Domū tuā. c Decorē indutus. Aug². xp̄s decorus his quibus placent bona: fortis ɔtra detractores: sic fit homo imobilis p for. et est orbis q̄ nō cōmouebit. d Induit decorē. Cas. i. pulchritudinem sue maiestatis Mat. 17. a ostendit his quibus placebat: vt in monte thabor coram tribus discipulis resplēduit: fortitudinē vt quando veniē s̄ tes cuꝫ

ista. diuina. fit. xp̄o. i. sextū diem. i. deo eo q̄ fecit sexta etate seculi significata per sextum diem.
a Laus cantici ipsi dauid ī die
a homo in fide. nō ad historiā.
ante sabbatum quando funda
ecclesia.
ta est terra. XCII
a christ². b rex innotuit. primus locus a pulchritudine. quārū ad eos q̄b² placebat τ eū laudabāt.
D Ominus regnauit decorē idu a b c

Nico. de lyra

a Omin² regnuit. Huic ps. CXII pmittit talis titu. ī trāslatio. cōi: Laus cātici ipsi dauid in die ante sabbatū quādo fundata est terra. Et fuit iste titulus appositus ab aliquo doctore p sua volūtate seu imaginatiōe. q: ī hebreo et in translatiōe Hiero. nullus oīno ē titulus: nec iste ps fact² fuit a dd sm hebreos: s̄ magis a Moyse: vt. s̄. dictū est. τ dicit Ra. Sa. q̄ ps. iste loquitur de tpe messie cui subijcienda sunt regna mūdi. τ tunc iudei hoc vidētes dicent: Dñs regnauit decorē indutus est τc. q̄ aūt dicit hunc ps. loqui de regno christi verum est: quia de ipso pphetauit moyses sm q̄ dicit saluator Iohis. v. Si crederetis moysi crederetis forsitan et mihi: de me eni ille scripsit. τ Luce vl. d̄r: Et incipiēs a moyse et oibus pphetis interp̄tabat illis in oibus scripturis q̄ de ipso erant. Q̄ aūt dixit xp̄m venturū est falsum τ erroneū: q: iā diu est q̄ venit: τ regna mūdi sibi subiecit p fidē ei² ī oibus regnis publicatā quā aliq̄ ī oibus regnis suscipiētes venerunt ad christi obedientiā: τ sic littera hui² ps. iā impleta est in regno christi. Et sm hoc ps. iste diuidit in tres partes: q: primo describit regni christi inchoatio. scdo eiusdem impugnatio. ibi: Eleuauerunt flumina. tertio eius cōfirmatio. ibi: Mirabiles. Circa primū dicit: Dñs. s. iesus christus verus homo ver² de². b Regnauit. q: in sua resurrectione potestatē sup oēm creaturam accepit: pter qd̄ dicit Matth. vl. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. c Decorē indut² est. Indumētū eni diuinitatis est vel fuit humanitas xp̄i sm q̄ d̄r Phil. ij. In si

Universidad de ... Biblioteca

Universidad de ... Biblioteca

N tes eum capere corruerunt. Amicis ergo decorē inimicis fortitudinē ostendit: his p̄cinxit se vt q̄si expeditus et pmptus esset subiugādo sibi mūdū. Sedet ad dexterā patris: vel infidelib⁹ ex tunc. i. ab incarnatione qn̄ hoīes docuit. a Precinxit. Nō ait. Cinxit vel succinxit vel accinxit. Sed p̄cinxit. Cingimur enī opaturi. Accingimur pugnaturi. Succingimur ituri. Precingimur ministraturi. Aug⁹. Cictio ergo opera significat: qꝛ cingit se aliquis opaturus. Accingeris quando aliqd tibi adiungis. vnde: Accinge gladio tuo circa femur. i. in carne vigeat gladi⁹. i. spirit⁹ dei i veritate sermonis. Sed cingeris cū ante te aliquid ponis. Fragilis est supbia: et oīs fortitudo est ĕ humilitate. Loquēs ergo de fortitudine dixit: p̄cinxit se humilitate. Un̄ p̄cinxit se lintheo: et lauit pedes discipuloꝝ: qꝛ tūc humilis dans exēplum humilitatis. humilitatē docuit sicut ipē dixit: Discite a me qꝛ mitis sū et humilis corde. At detrahit quis tibi absenti: qꝛ nō sentis: nō est tibi opus fortitudine. detrahit etiā p̄senti: vbi opus est vt precingas te fortitudine. i. patientia ne irascaris: qꝛ melior est qui vincit iram q̄ qui capit ciuitatem. Precinxit. Cas. cetu angeloꝝ ascendens: vel strēnuitate operandi. b Etenī firmauit. Aug. decorē et fortitudinem induit vt fundaret terram vnde addit: Etenī firmauit. c Ex tunc. Aug. vel ex illo. tēpus gratie designat: forte intelligit hoc ex die ante sabbatum: id ē sexto tpe hui⁹ mundi quo dñs venit. s3 ne putes tūc cepisse quādo nat⁹ venit addit: a seculo tu es. d Eleuauerunt flumina vocem s. Aug⁹. Quia discipuli audientes eleuauerūt vocē omnes vnanimes ad deū dimissi a cōsilio iudeoꝝ. Apostolis aūt leuantib⁹ vocē multi crediderunt: et impleti spiritusancto et ipsi clamauerūt. vnde a vocibus aquarū multarum mirabiles e. ma. i. seculi quod cepit irasci vel psequi. e Eleuauerūt flu. flu. s. Cas. Hoc deest in alijs et in editione septuaginta quā Aug⁹. exponit: A vocib⁹ aquarū multarum facte sunt mirabiles elationes maris. Aque sunt gentes que deū laudāt: vnde mare. i. seculū multū ascendit: cum in mandatis dei firmat. Sed vt hec oīa ad deū referunt qui facit oīa bona. addit mirabilis in altis dñs. f Testimonia. Aug⁹. Quia mirabilis elatio maris et mirabilis in altis dñs testimonia tua sunt nimis credibilia: quia illud totum ante dixerat. s. in me pacem in mundo pressuram habebitis. Cū ergo viderēt pressuras: sperabant et coronas ex p̄dictione. Cas. testimonia. Uel ita seculū firmatum est in mādatis dei et gentes laudant. Et cum hec ita sint. Testimonia pphetarū facta sunt nimis credibilia. i. facta sūt vera. i. in xp̄o impleta. Cantat iste ps̄. in matutinis laudibus ante alios, qꝛ xp̄i laudē et laudis

(margin: Ps. 44. — Joh. 13. a — Mt. 11. d — De imu. eccle. c. 2 li. 6.)

locos ple/

a ƒ secūdus locus a fortitudine. ƒ quātū ad eos qbus displicebat: et q̄ ei detrahebāt.

tus est: indut⁹ ē dñs fortitudinē a

ƒ terti⁹ locus ab operib⁹. ƒ in toto orbe parauit q̄ nō cōmouebunt. ƒ in toto orbe sūt stabiles: sūt et mobiles palee. ƒ fide.

a b et p̄cinxit se. Etenī firmauit orbē b c

a ƒ credēs i xp̄m parat⁹ nō mollescere linguis laudantiū: nec frāgi linguis vituperantiū. b ƒ vlla cōcussione. c ƒ quart⁹ loc⁹ a p̄ate. ƒ Cas. est ab incarnatione qn̄ veniēs xp̄s hoīes docuit.

terre: qui non commouebit. Pa/ b

a ƒ aīa trāquilla: humilis: vn̄ spūs me⁹ requiescit sup humilē et quietū. ƒ qua sedes ad dexterā patris. s. vel infidelib⁹. b ƒ tn̄. ƒ ab eterno.

c rata sedēs tua ex tūc: a seculō tu c

a ƒ pprie. b ƒ quint⁹ locus a laude vniuersitatis. ƒ Fortiter et alte locuti sunt primo timuerūt. c ƒ apostoli. ƒ impleti misso spiritu: vel dū firmaret orbē terre philosophi leuauerūt cōtra deū vocē cōtradictiōis et fluctus psecutionū concitatos a vocibus aquarum: id est populoꝝ.

es. Eleuauerunt flumina domi/ f

a ƒ dicentes vocati ad cōciliū: nō possumus non loqui: que vidimus et que audiuimus.

d ne: eleuauerūt flumina vocem su g

e am. Eleuauerūt flumina fluctus h

suos: a vocibus aquarū multaꝝ.

a ƒ vel suspēsure qbus cepit irasci et psequi fideles. b ƒ seculi. c ƒ sed. ƒ ambulat sup aq̄s maris. i. sup capita potestatū et regnū terrenoꝝ qs subiugat et premit vt sit pax ecclesie.

Mirabiles elatiōes maris: mirā i k

a ƒ ergo. ƒ sextus locus a veritate dictorum.

f bilis in altis dom in⁹. Testimonia l

a ƒ ratione auctoritate: miraculis.

tua credibilia facta sunt nimis: m

a ƒ septim⁹ loc⁹ a laude dom⁹. ƒ quid de his oibus factū dom⁹ quā decet sanctitudo. i. aduēt⁹ tui benedictio qd̄ est decus ecclesie eternū.
b ƒ p totū. orbē qui nō cōmouebit.

domū tuam decet sanctitudo do n

a ƒ si multi cadunt dom⁹ stat multo tēpore.

mine in longitudine dierū.

militudinē hoīm fact⁹ est et habitu inuentus vt homo. et hoc indumētum ante resurrectionē fuit passibile et mortale et deturpatū in passione. fm qꝛ d2 Esa. liij. Nō est ei species neq3 decor: sed in resurrectiōe fuit gloriosū. et sic decoratū. a Indut⁹ est dñs fortitudinē. qꝛ istud indumētū factum est imortale et impassibile. b Et p̄cinxit se. qꝛ tanq̄ fortis p̄cinct⁹ in inferno detētos potēter eduxit: et ad celestia deduxit. fm qꝛ d2. s. ps̄. lxvij. Ascēdisti in altū cepisti captiuitatē accepisti etc. c Etenī firmauit orbem terre. i. stabilē fecit: q̄uis sit de nihilo virtute sue deitatis: quasi diceret nō est mirū si fecit p̄dicta: cū sit tante virtutis. d Parata sedes tua ex tūc: qꝛ a creatiōe celi empyrrei parata est sedes hominis xp̄i ibidē sup angelos. e A seculo tu es. fm qꝛ d2 Heb. xiij. Jesus xp̄s heri et hodie ipse et in secula. f Eleuauerūt flumina dñe. Hic ꝯñr describit ipugnatio regni xp̄i: qd̄ primo fuit impugnatū p p̄cipes sacerdotū volētes impugnare christi resurrectionē et ascēsionē et xp̄i regni p̄dicationē: vt habet Act⁹. iiij. et in plurib⁹ alijs locis: postea p impatores romanos et alios tyrānos qui vbiq3 terrarū extirpare nitebant populum christianū: vt sic de christi regno nō esset amplius memoria in terra: et hoc est qd̄ d2: Eleuauerūt flumina: id est potentes hui⁹ mūdi qui p flumina designāt: vt magis patebit infra. g Eleuauerūt flumina vocē suā: qd̄ fuit impletū quādo imperatores Romani et alij tyranni voce publica p̄cipiebant christianos vbiq3 exterminari. h Eleuauerunt flumina fluctus suos. i. psecutiones suas atroces ꝯtra christianos: p talē parabolā loquit Esaias. viij. Adducet dñs sup eos aquas fluminis fortes et multas regē assyrioꝝ. i Mirabiles elationes maris. Hic cōsequēter describit regni christi cōfirmatio: que facta est p duo specialiter. Primū est: qꝛ inter psecutiones atrocissimas tyrannoꝝ maxim⁹ creuit numerus christianorum: vt ptz ex gestis apostoloꝝ et martyrū et cronicis tēporum: et hoc est qd̄ dicit: Mirabiles elationes maris: id est psecutiones potestatis secularis cōtra fidē catholicā. k Mirabilis in altis dominus: q̄ fecit eā maxime crescere in psecutionibus. Secūdū fuit multitudo et magnitudo miraculorū in testimonium veritatis p̄dicate p apostolos aliosq3 christi discipulos. fm qꝛ Marci vl. dicit: Illi aūt pfecti p̄dicauerūt vbiq3 dño cooperante et sermonē confirmante sequentib⁹ signis: id ē miraculis sola diuina virtute factis: et ideo erant testimonia certa veritatis: cū deus nō possit esse testis falsitatis. et hoc est qd̄ dicit: l Testimonia tua. per opera sola diuine virtute possibilia. m Credibilia facta sunt nimis. i. magis q̄ prima principia scientiarū acquisitarū: qꝛ illa accipiunt ex experientia sensuū qui possunt falli et deludi: vt frequēter repertū est: sed veritas diuina nō pōt fallere neq3 falli. n Domū tuā decet sanctitudo dñe in longitudine dierū: qꝛ dom⁹ dei q̄ est ecclesia militans pmanebit in sanctitate fidei vsq3 ad finē mundi: et in ecclesia triumphante nō recipit aliud nisi sanctum. fm qꝛ dicit Apo. xxi. Nō introibit in eā aliquid coinquinatū et durabit in eternum. XCII

Moraliter. Domin⁹ regnauit. Sicut dixi in expositione litterali ps̄. iste est pphetia de regno hominis christi qd̄ incepit quodāmodo in sua resurrectione: ppter qd̄ tunc dixit: Data est mihi oīs potestas in celo et in terra. Matth. vl. et sic exposui: nec occurrit mihi alius sensus spiritualis cōuenientior hic ponendus.

In ps̄. xcij. Dominus regnauit: vbi dicit in postilla. Et p̄cinxit se.

Additio. j. Impugnatio regni christi p̄cipaliter est duplex: nā aut p falsam seu hereticā doctrinā: et de h ppie dicitur: Eleuauerunt flumina vocem suam: quia tales aduersarij per verba q̄ vocibus exprimunt ppie impugnāt doctrinā christi. Impugnat etiā per psecutiones atroces seu tyrannicas: et de hoc intelligit. Eleuauerūt flumina fluctus suos: qꝛ nō solum vocibus sed tumultuosis psecutionibus eam impugnant.

In eodē ps̄. vbi dicit in postil. Etenī firmauit orbem terre.

Additio. ij. Continuādo expositionē hui⁹ ps̄. ad litterā de regno christi put postil. ait: et bene fm hoc dicit: Etenī firmauit orbē terre qui non cōmouebit: meli⁹ exponit de fundatione ecclesie que orbis terre dicit: iuxta illud Sap. j. Spiritus domini repleuit orbem terrarum: q̄ quidē expositio correspondet auctoritati psalmiste p postil. allega. s. Ascendēs in altum captiuam duxit captiuitatē: ibidem

enī subdit

enī subdit imediate. Accepisti dona in hoibus. p illa enī dona spūssancti data a christo hoibus fuit ecclesia fundata: iuxta illud Prouē. ix. Sapientia edificauit sibi domū etc. et. j. Excidit colūnas septē. vnde sicut ps̄. in illa auctoritate. Ascēdēs in altū: postq̄ fecit mētionē de eductione captiuitatis ab inferno: statim subiungit xp̄s de fundatione ecclesie mō p̄dicto: sic pari forma in hoc loco postq̄ fecit mētionē de hmōi deductione cū dixit: Et p̄cinxit se. s. fortitudine ad deducēdū detentos in inferno: statim subdit de fundatiōe ecclesie d. Etenī firmauit orbem terre.

In eodē ps̄. xcij. vbi dicit in postil. Mirabiles. Hic ꝯsequēter describit regni xp̄i cōfirmatio.

Additio. iij. Littera hebraica i hoc loco sic sonat Plusq̄ voces aquarū multarū. Et q̄ mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus. i. mirabilior: et totus est vnus versus in hebreo. cuius sensus ē qꝛ mirabilior est dñs. i. christus fortitudine indutus in altis q̄ voces aquarum multarū et elationes maris: que sunt due impugnatiōes regni christi supradicte. Et ratio est: quia christus vincit omnes p̄dictas psecutiones: sicut ecclesia p christum firmata nō commoueat quod cedit in magnum testimonium fidei: et ideo subdit: Testimonia tua credibilia facta sūt nimis: et q̄ sint illa testimonia declarat dicens. Domum tuā decet sanctitudo etc. s. qꝛ domus dei que est ecclesia non obstantibus impugnationibus p̄dictis remanet in sua sanctitate vsq3 in finem seculi duratura: iuxta illud Matth. vltimo. Ego autem vobiscum sum etc. et de hoc dicit: Domine in longitudine dierū: put in postil.

Glo. ordi.

N locos plenissime l3 breuibus verbis cōtinet. a Psalm⁹ dauid. Aug⁹. Infirmis qui et murmurāt corde in deū: vel verbis videt de⁹ hic p̄sentia negligere vbi indiscrete bona et mala bonis et malis dātur: et amplius bona malis: mala bonis. Uel videt eque bonos et malos habere vel ampli⁹ malis fauere. ppter h hoīes vel mala agūt aperte similes leoni. Uel si timore hoīm nō audēt: intus habent similes lupo: et inuenta occasione nō mali fiunt: sed qd̄ erāt pdunt. Lupus et leo nō similiter nocēt: s3 similit cupiūt. Equa volūtas: sed ille timet canem: iste nō timet hos q̄ murmurātes corde: vel erūpentes in dicta vel in facta: curat hic ps̄. totus docēs patiētiā. b Quarta sabbati. Aug⁹. quo die fecit deus luminaria: Solem in potestatē diei: et lumina et stellas in potestatē noctis: hi sunt sancti qui lucent in medio nationis praue: sine murmuratiōe fixi in celo. vnde despiciunt q̄ in terra fiūt. Primo assumēs pphēta querimoniam i firmoꝝ cur peccatores gloriant: p̄mittit vnde saluēt: qꝛ dñs est in eos vindicatur⁹. vnde monet ad patientiā. XCIII

D Eus vltionū. Ne festines aliū punire si te lesit: sicut nolles puniri alio rogante quē lesisti: et si ille peccat i te ne pecces deteri⁹ blasphemās deū nec optes vindictā: q̄ si venerit forsan te prius ueniet. d Libere egit. Aug⁹. tpe infirmitatis: vt quādo in tēplo docuit tanq̄ ptātē habēs: qꝛ nec veritati eius nec potestati ei⁹ pōt obuiari: et qꝛ ita tūc: nūc exaltare: qꝛ vsq3quo peccatores. e Effabunt. Cas. exponit eorū peccata. Effabunt. oēs prauas cogitationes efferunt: vel publicas psuasiones. Et lo. sunt iniq. i. priuatas psuasiones: ne qd̄ tēpus vacuū sit a culpa pcedit exaggerādo. Loquentur oēs q̄ operan. etc. Aug⁹. Effabuntur. Uel respondent. i. habent qd̄ respondeāt iuste arguenti dicētes: cur nō facerē qd̄ libet. Ego felix iustus vester miser ē. Et hoc respō/

dendo

ƒ est. ƒ habitus. ƒ id est agēs de passia sacrorū q̄ significāt p luminaria facta quarta sabbati.

a b Psalm⁹ dauid quarta sabbati.

a ƒ nō putabat vindicare in malos sed vere vindicat: qꝛ.

D Eus vltionū XCIII a

a ƒ reperit vt ampli⁹ confirmet.
b ƒ vel fidenter. ƒ in carne loquēs nulli pepercit vitia oīm medicus secuit. Quid ergo in iudicio faciet vtiq3 q̄ iudicandus nō pepercit eis in verbo iudicaturus nō parcet in facto: et si qꝛ fidenter egit: occiderūt eū iudei: exaltare vt iam cōtra te nihil possint.

d dominus: deus vltionū liberē b c d e

egit. Exaltare q̄ iudicas terram:

a ƒ nō his q̄ penitent. b ƒ reddes. ƒ sed quādo. querit p te vt in illo inuenias qd̄ nescis.

redde retributionē supbis. Usq3 f g

quo pctōres dñe: vsq3 quo pecca h

a ƒ Cas. repetitio dolorē expectatiōis significat: qꝛ bonis grauis est incrētia malorū. ƒ nō mō placebunt. b ƒ palā dicēt. c ƒ contra deū dicētes: nō curat hec vel placēt ei q̄ facimus.

c tores gloriabunt. Effabunt et lō i

a ƒ exaggerat. b ƒ etiam.

quēt iniqtatē: loquētur oēs qui

a ƒ nō solū loquunt. b ƒ hanc. s. ƒ iustos in quos volunt superbire. ƒ als iniquitatē.

operantur iniusticiam. Populū k

tuum domine humiliauerunt:

a ƒ determinat populum. ƒ hec est populus. ƒ nō perdiderunt.

et hereditatem tuam vexauerūt. l m

Nico. de lyra

D Eus vltionū. Huic ps̄. p̄mittit talis XCIII titulus in trāslatiōe cōi. Psalm⁹ dauid quarta sabbati: sed videt appositus ab aliquo expositore: qꝛ in hebreo et in translatione Hiero. nullus penit⁹ est titulus: nec ex lrā hui⁹ ps̄. aliquid apparet vnde debeat appropriari ad decātandū i quarta die sabbati. i. quarta die a sabbato: q̄ est tertia dies creationis mūdi in qua distincta fuerūt elemēta: vt habetur Gen̄. j. Itē fm hebreos dauid nō fecit hūc ps̄. sed moyses: vt dictū est. De materia vero hui⁹ ps̄. dicunt hebrei qꝛ loquit de captiuitate ista in qua sunt mō per diuersas ptes orbis dispsi in quibus sustinent opprobria multa et afflictiones maximas a christianis a q̄bus expectant liberari p regē messiā venturū: et iō dicūt qꝛ moyses hoc puidēs i spiritu fecit hūc ps̄. interpellans diuinā vindictā ad populi isrl̄ liberationem. Sed hoc fundamētū est erroneū: qꝛ aduentus christi iam trāsit in p̄teritū: sicut frequenter dictū est: et ideo q̄tū mihi videt saluo meliori iudicio dicendū qꝛ in h ps̄. moyses intendit reuocare populū isrl̄ a quodā errore pestifero currēte tpe suo. Circa qd̄ sciendū qꝛ circa diuinā puidentiā aliqui errauerūt dicētes: qꝛ ista inferiora corruptibilia ppter eorū variabilitatem nō subiacent diuine puidentie et maxime actus humani qꝛ nō videbant qualiter infallibilitas diuine puidētie stet cū libertate arbitrij: in quorum psona d2 Job xxij. Nubes latibulū ei⁹ circa cardines celi pābulat nec nostra ꝯsiderat. Et iste error est valde periculosus vel pnitiosus. ex h enī sequit qꝛ hoīes sine freno currant ad vitia: p bonis vel malis suis actib⁹ nō expectātes penas aliquas vel p̄mia: ppter qd̄ fuit cura sanctis hoībus hūc errorē extirpare. Qꝛ aūt iste error cucurrerit tpe iob ptz: qꝛ allegat libro Job ca. p̄dicto q̄si currēs illo tpe: et p ꝯsequēs tpe moysi: q̄ fuit ei cōtēporaneus: qꝛ heliu buzites qui fuit vnus d̄ quattuor amicis iob cōtra eū disputantib⁹: fm cōem opinionē d2 fuisse balaā de quo certū ē qꝛ fuit cōtēporane⁹ moysi: vt ptz Nu. xxij. Ex q̄ sequit qꝛ moyses et Job fuerūt cōtēporanei. et p ꝯñs error p̄dict⁹ currebat tēpore moysi. et aliq̄ de pplo isrl̄ erāt hoc errore infecti: qꝛ erant ad mala pni: vt ptz ex libris moysi: ppter qd̄ moyses videt fecisse hūc ps̄. ad reuocādū eos ab errore p̄dicto: et qd̄ fac ostēdēdo punitionē maloꝝ manifeste factā a deo: qd̄ verū nō eēt nisi ei⁹ puidētia ad ista inferiora et ad act⁹ humanos se extēderet. Et fm h ps̄. iste i duas ptes diuidit: qꝛ primo ostendit ppositū i punitione egyptioꝝ: quā filij isrl̄ viderāt. scdo i punitione iudeoꝝ quā ipi experti fuerāt. ibi: Quis cōsurget mihi. Prima i tres. qꝛ primo p̄dictus error in egyptijs fuisse ostendit. scdo a filijs isrl̄ excludit ibi: Intelligite insipiētes i pplo. et tertio ex dictis quoddā correlariū ꝯcludit. ibi: Beat⁹ hō. Circa primū dicit moyses: De⁹ vltionū. i. punitionū iuste pcedētiū. b Dñs. qꝛ ē iudex supior. c Deus vltionū li. egit. qꝛ nō ē subdit⁹ alicui legi. et iō pōt parcere a pena fm qꝛ sibi placet cuicūq3 delinquenti: ne facit in hoc iniusticiā alicui: et iō sup punitionē maloꝝ dep̄cādus ē ppter qd̄ subdit dep̄cādo. d Exaltare. ostēdēdo tuā potentiā. e Qui iudicas terrā. inferēdo petōrib⁹ penā. f Redde retributionē supbis. i. egyptijs ex supbia nolētib⁹ obedire tuis mādatis de dimissione ppli isrl̄: vt ptz i Exo. a q̄nto ca. vsq3 ad. xiij. ca. inclusiue. Et sciēdū qꝛ moyses i h loco loqt p tpe i quo filij isrl̄ i egypto detinebāt: p quē modū pphete frequēter de p̄teritis loquunt. iōo subdit: g Usq3 quo petōres dñe. i. egyptij idolatrie dediti. h Usq3quo peccatores gloriabunt: detinētes pplm in seruitute vili. i Effabunt et loquent iniquitatē. sicut pharao Exo. v. dixit iniq̄. Quis ē dñs vt audiā vocē ei⁹ et dimittā isrl̄? Nescio dñm et isrl̄ nō dimittā. k Populū tuū dñe humiliauerūt. in opib⁹ duris luti et lateris Exo. j. l Et hereditatē tuā. i. filios isrl̄ q̄ sūt hereditas tua. fm illō: Hereditas mea israel. Esa. 19. b m Uexauerunt in tm̄ qꝛ vitā eoꝝ ad amaritudinē pduxerūt. Exo. j.

Uiduam

Universidade de ... Biblioteca

dēdo loquunt iniqui dicētes deū nō curare hec.
a Viduam ⁊ aduenā. Cas. hos de⁹ tuet ⁊ pcipit adiuuari: ⁊ ita malus crimē. Vel typice p viduā illi significātur qbus error marit⁹ mortuus. Aduenas dicit: ⁊ q nō querūt hic manentē ciuitatē. Et pupillos sine patre diabolo: ⁊ matre cōcupiscētia.
b Nec intelliget. Aug⁹. quasi nō attēdet ista: negligit ista: nec attēdit vt videat: nō me curat de⁹ qd agā. c Intelligite. Cas. scda pars ɔtra blasphemos inuehit ostendēs deū hec scire et curare: prudēter ⁊ iuste de malis qb⁹ fodit fouea ⁊ bonis q patiētes efficiunt disponēdo. Quod cōsiliū suū malis incognitū: suis amicis aperit.
d Stulti. Cas. qui aperte blasphemāt dicētes deū nō videre. Vel ita. Vos insipientes. i. nescij intelligite: qui iā bene viuēdo estis in ppl'o. i. in numero bonoꝝ. Et vos stulti. i. iprouidi: ⁊ si scitis aliquando sapite.
e Qui corripit. Aug⁹. quotidie p originali: nōne arguet p supadditis. f Vel q erudit Aug⁹. Propter quā eruditionē misit filiū suū deus et ante ipm et post seruos. i. apostolos et pphetas. Nō ergo iudicabit qbus sermonē pmisit. Magister in schola erudiēs cōmittit tibi: vt reddas: sic deus exiget qd seminauit. Qui eni modo accipim⁹: postea statuemur ante magistrū: vt reddam⁹ rōnē de oib⁹ vnde apls: Oēs asta-
Ro. 14. b bimus ante tribunal xpi: vt recipiat vnusquisqꝫ ⁊c. g Dominus scit. Aug⁹. Tu vero nescis cogitationes dei: qm iuste sunt: sed amicis factis pdit deus ɔsiliū suū cur malis parcit.
h Quoniā vane. Aug⁹. Talis cogitatiōes vane sūt qd ipi p se nō possunt scire: sꝫ dñs nouit esse vanas. i Beat⁹ hō. Cas. Isti sūt vani: sed beat⁹ q celesti doctrina firmat. Et hi q sic erudiunt sunt quasi luminaria in celo. Lex eni dei celū est: in quo luminaria fixa. i. sancti meditando in lege: ne moueri
Esa. 40. queāt. De hoc celo alibi dr: Extēdit celū sicut pellē. hic eni liber dei vt pellis extendit: vt in eo legat qd mō necesse ē discitur hoib⁹. cū aūt i futuro omnes scient deū ⁊c. vt li. pii.
k Et de lege. Aug. Ex lege disce patientiā donec fodiat: nō ē tuū scire quō ⁊ cur fodit illi.
l Donec fodi. Aug. felicitas maloꝝ fouea est: labor bonorū flagellū prīs: felicitas est fouea: qr cū parcit de⁹ p īpunitatē fit hō elat⁹: ⁊ cū putat se altū cadit. m Fodiat fouea. Aug⁹. ecce ɔsiliū dei: iō parcit malis vt fodiat fouea eis. Adhuc foditur ⁊ tu iam vis sepelire eū: nimis festinas. n Peccatori. Aug⁹. nō
S. 27 oī ſsupbo. vt. s. Redde retributionē supbis. s. nō publi-
Luc. 18. b cano ɔfitēti. ſ phariseo. Supb⁹ ē q nō humiliat ad penitētiā deinde q sibi dat bona siq hꝫ: vel si ea deo tribuit: insultat eis q nō habēt. ⁊ se sup eos extollit. Ergo pri⁹ humiliare ad penitēdū: post si bene viuis age gratias ei a quo habes: nec aliū despicias. o Quis ɔsurget. Cas. tertia pars vbi dicit q fluctuatio sit iustis et fluctus seculi. i. ma-

la per ini

a ſ peregrinum.
a Viduā ⁊ aduenā interfecerūt: ⁊ a
a ſ ecce blasphemiam.
pupillos occiderūt. Et dixērunt b
a ſ Aug⁹. hoc dicit: q: mō tacet nō vindicādo et putat ei placere. b ſ vel si videt: non apponet cordi. non curat.
b nōn videbit dominus: nēc intel/ c
a ſ id est christianorū de q nō deberet hec dicere b ſ vos mali ita dicitis. ſ sꝫ o peccatores. ſ Aug⁹. qui estis: quorū pedes nutāt emulādo p sperantes in malis.
c liget deus iacob. Intelligitē insi b
a ſ Cas. q publice docēt qd male didicerūt. ſ i nūero populoꝝ. b ſ iprouidi et si i scitis. ſ nesciꝫ.
d piētes in pōpulo: ⁊ stūlti aliquā/ e
a ſ istud. ſ qui tibi fecit vnde audias: non habet vnde audiat.
do sapite. Qui plantauit aurem f
a ſ nō dico nō hꝫ aurē q: virtutes has hꝫ: sꝫ non mēbra. b ſ nulli eni dent: quārū in se habet.
nōn audiet: āut q finxit oculum
ſ Q. vtiqꝫ cōsiderat.
e nō cōsiderat? Qui corripit gētes g
a ſ ipse nescit q te scire facit: quasi absit hoc.
f non arguet: qūi docet hominem h i
a ſ vere scit qr. b ſ etiam.
g scientiā? Dōmin⁹ scit cōgitatiōes k
a ſ ideo has relinquite vt cōphēdatis cogitationes dei: que sapientes sunt: quas cōphendit qui ē in firmamento celi.
h i hominū: quoniā vāne sunt. Bea l m
a ſ vt puerū. ſ p tribulationes.
tus homo quē tu erudieris dñe:
a ſ non de vanitate. b ſ vt adultū. c ſ vt patienter ferāt quicqd hic agit sicut lumiaria celi placite pagant cursus suos quicquid in terra agat: vel ab hoib⁹ in ea. i. cōtra ea dicat.
k et ō legē tua dōcueris eū. Vt mi n o
ſ quibus florent mali laborent boni.
l m tiges ei a dieb⁹ malis: donec fo/ p
a ſ si illi fouea fodit quid mihi qui laboro. ſ mitiges. b ſ vt abiectā. ſ et si exercet vt det hereditatem.
n diat peccatori foueā. Quia nō rē q
pellet dñs plebē suam: ⁊ heredi/ r
ſ vt in adiutam.
tatem suā nō derelinquet. Quo s
a ſ mō iusti. et iō iudicaturi. b ſ tūc iudices sꝫ ne dubites qui sūt isti: querit: ⁊ soluit: omnes q recto corde qui sine errore.
adusqꝫ iusticiā conuertatur in iū t
a ſ vel et qui habēt eā. i. iusticiam sunt oēs recto corde. i. h volūt qd de⁹ vult. s. expectare malos et hmōi. sed quō ego ero rect⁹: cui tot obsunt.
dicius: ⁊ qui iuxta illam? oēs qui v x
o recto sunt corde. Quis cōsurget y

a Viduā et aduenā interfe. ⁊c. i. psonis qbus deberēt cōpati nō pepcerunt: qd ptꝫ ex hoc q pueros natos statim in flumine pijci pceperūt: ⁊ sic nullā crudelitatē exercere cōtra populū isrl' horruerūt. ⁊ causa hui⁹ subdit: b Et dixerūt. corde suo tenēdo ⁊ ore pferēdo. c Nō vi. dñs ⁊c. qr tenebāt q diuina puidētia nō se extēderet ad ista inferiora: vt pdictū ē: ⁊ sic sine freno timoris dei faciebāt horribilia.
d Intelligite. Hic ɔ̄tr hūc errorē excludit a pp'lo isrl' q diu morat⁹ fuit cū egyptijs. ⁊ sic plures coꝝ erāt infecti erroib⁹ et vitijs qd ptꝫ ex hoc q post vocē dñi loquentis eis in monte synai Exo. xx. cito declinauerunt ad idolatriā p fabricationē vituli ⁊ adorationē Exo. xxxij. ⁊ ideo errorē taliū arguit moyses dicens: Intelligite insipiētes in populo. i. vos de populo isrl' q estis infecti errore egyptiorū intelligite efficaciā diuine puidentie ad oīa se extendentis. e Et stulti ali. sapite. i. ex quo estis separati ab egyptijs: veritatē circa diuinā puidentiā cognoscite. Sapientia eni est cognitio de diuinis.
f Qui plantauit aurē nō audiet ⁊c. q̄si diceret: h est absurdū q hoies corruptibiles cognoscāt ista inferiora ⁊ de⁹ ignoret: qr qcquid pfectiōis est in istis inferiorib⁹ totū p existit eminenti⁹ in prima cā: ppter qd phus j. de aīa arguēs ɔ̄ Empedoclē ducit eū ad incōueniēs q de⁹ aliqua ignoraret q inferiores cognoscūt. s. litē qr dicebat simile simili cognosci: ista aūt inferiora dicebat cōposita esse ex amicitia et lite: sed in superioribus lis nō habet locū nec p ɔ̄s cognitio litis.
g Qui corripit gen. i. q egyptios gentiles corripuit nobis videntibus terribiliter puniendo. h Nō arguet similiter opa vr̄a mala. q. d. imo. i Qui docet hoiem scientiā. i. deus a quo est omnis scientia. q. d. quō ignorabit illud qd homo scit?
k Dominus scit cogitationes hominum. quasi diceret: etiam cogitationes intra mentē latentes ipse cognoscit vsqꝫ ad minima.
l Quoniaꝫ vane sunt. i. ad malum prone: sm q dicitur Gen. viij. Sensus et cogitatio cordis humani in malum prona sunt.
m Beat⁹ hō quē tu eru. dñe. Hic quoddā correlariū ɔcludit ex dictis ex quo eni cogitatiōes hoim vane sunt ⁊ ad malū pne: cito declināt ad errores: nisi assit diuīa correctio iō dr: Beat⁹ hō quē tu erudier dñe. ipm illustrādo i mente. n Et de lege tua docueris eū. i. docueris eū ad sequēdū dictamē legis naturalis q ē qdā impressio diuine legis in nobis: ⁊ cū hoc instruxeris eum de lege a te data in mōte synai ⁊ de lege p te dāda i euāgelio: de cui⁹ datione futura habuit moyses noticiam: ppter qd dicit saluator Joh. v. Si crederetis moysi: crederetis forsitan ⁊ mihi.
o Vt mitiges ei a dieb⁹ malis. i. diuine vltionis peccata punientis. p Donec fodiat pec. fouea. i. mors corporalis: p quā corpus ponit in fossa terre: ⁊ mors eternalis p quā ponit aīa in fouea gehenne vsqꝫ ad diē iudicij: in quo simul corp⁹ ⁊ aīa ponēt i gehenna. q Quia nō repellet do. ple. suā. i. mandatis suis obedientē. r Et hereditatē suam nō derelinquet q in fidelib⁹ adherentib⁹ sibi cōsistit: quos in psenti fouet p grām: ⁊ i futuro p gloriā iō subdit: s Quoadusqꝫ iusticia. s. diuina. t Cōuertat in iudiciū. i. ponat in executione in extremo iudicio i quo oīa reducent ad debitū ordinē iusticie. v Et q iuxta illā. i. q tūc secure poterūt expectare terrorē diuine iusticie. respōdet. x Oēs qui recto sūt corde. ppter quod saluator loquens de extremo iudicio dicit apostolis Luce. xxj. His aūt fieri incipientib⁹ respicite ⁊ leuate capita vestra. i. exhilarate corda vr̄a vt exponit beat⁹ Greg. et Sap. v. dr: Tunc stabūt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerūt ⁊c.
y Quis consurget. Hic cōsequenter ostēdit diuinā puidentiā se extendere ad actus humanos p punitionem hebreoꝝ: qui licet

pluries

la per iniquos vt puncti clamēt ad deū: ⁊ nihil aliud eis placeat: ⁊ tūc gratior fit liberatio Aug. Quis cōsurget: quasi vndiqꝫ multi suadēt mala: nesciētes quō iuste hec mūdana regat de⁹. Sed qs cōsurget? quasi fluctuo: ppe vincor: quocūqꝫ respicio. occurrunt mihi mala sed vnde vincā? nisi qr dñs. a Stabit Cas. in acie patiēs: sed qr ille vincit q vim sustinet: pdit q ferit.
b Nisi qr dñs. Cas. Vanis psuasionibus poterat decipi nisi dñs liberaret. c Adiu-
Mat. 14. c nit. Sicut petrū liberauit dñs sup aquā ambulantē: ne mergeret qui dño dixit: dñe si tu es iube me venire ad te. Augus. vt xp̄s sua potestate calcat capita supboꝝ: ⁊ fluct⁹ seculi: ita iussu ei⁹: petr⁹. i. ecclesia. sed ex humana īfirmitate titubat. et clamat: dñe pereo: ⁊ misedia manū porrigit sicut dñs petro di. Modice fidei cur dubitasti pericula dulciorē faciunt libertatē. vnde subdit: cōsolatiōes tue letificauerūt animā meā
d In corde. Aug⁹. salubres cogitationes significat vt. s. cum eternas retributiones cogitaret: mala tēporalia despiceret.
e Nūquid adheret. Aug⁹. nemo iniqu⁹ sedet tecū: ⁊ cū nihil his tecū. Ad qd ergo fiūt. vt de eis pungas: ⁊ pūeti ad te clament: ⁊ demū hi pereāt: q his tribus ɔ̄sibus subsequētibus ostendunt.
f Sedes iniq. Cassi. Est possessio mūdi cū amore: q nō heret deo q suos pcipit h fugere.
g Qui fin. Aug⁹. ex h intelligo q nō heret tibi iniqu⁹: qr nec nobis pepcisti. Nō incipit iudiciū a domo dei et si flagellant filij qui debēt sperare serui nequissimi. Si initiū a nobis. quis finis eoꝝ: q
1. Pe. 4. b nō credūt euāgelio. Et itē si iustus vix saluabit: ipius ⁊ peccator vbi parebunt? Fingis formas. Dolor eni alt⁹ format⁹. Ali⁹ informis. Format⁹ q erudit et emēdat: ⁊ ille dolor est pceptū. Sed alter est informis. h Vel dolorē. Aug⁹. i. de dolore vel labore pceptū nobis facis. vt ipse dolor vel labor pceptū sit nobis. Labor pciū est regni dei: q ipsum venale emat. Ideo pcipit de⁹ laborem ⁊ dolorē: vt nō sit hō sine timore: ne amet. aliquid aliud: oblitus veri boni. In tranquillo eni dormit christus: ⁊ tunc surgit fluct⁹ in quo excitat.
i Et factus est. Aug⁹. Quare? quia si non periclitareris nō quereres refugium: pūgeris dolore vt queras remedium: recedit spes seculi: ⁊ venit spes dei.

Laus

ſ pro me. ſ demones.
mihi aduersus malignātes: aut a
a ſ Q. d. nullus. Nisi do. ⁊c. b ſ pseuerabit.
a quis stābit mecū aduersus opan
a ſ hō nō pōt: sꝫ dñs: qd p effectū ostendit.
b tes iniquitatem? Nisi quiā dñs b
a ſ Aug⁹. iā nutabat: iā ppe cōsentiebat malis. ſ pene cōsensit vel cōsenserat impijs.
ſ ſ vel uit. ſ vel uerat.
c adiuuit me: pāulomin⁹ habitas/ c
a ſ in fouea que parat peccatori. b ſ Aug⁹. ecce quomodo cōfessionē amat de⁹. confitere motū et euadis. Cas. mox vt culpa iudici nō negat. liberat
set in infernō anima mea. Si di/ d
a ſ cōtra motionē misericordia.
cebam mōtus est spes meus: mi/ e
sericordia tua domie adiuuabat
ſ et. ſ cōtra mala seculi cōsolatio: q tūc letior. b ſ multi dolores et amari: sed multe cōsolatiōes et suaues nō desunt laborāti.
me. Scdm mūltitudinē doloꝝ f
d meorū in corde meo: consolatio/ g
a ſ et si corpus vritur.
nes tue letificauert animā meā.
ſ sed.
e f Nūqd adheret tibi sedes iqtat? h
a ſ i. facis. ſ Vel formas. b ſ vel laborem. c ſ Aug⁹. ita fingis. de malis nos exerceo: et erudis. ſ qr vera nō possūt: falsa crimina obijciūt.
g h qūi fingis dōlorē in pcepto. Cā/ i k
a ſ eī animā nō possunt.
ptabūt i animā iusti: ⁊ sanguinē l
a ſ quod sceleribus cōperit.
i innocentē cōndēnabūt. Et fact⁹ m
a ſ vt securus sim.
est mihi dominus in rēfugium: ⁊
a ſ Aug. ne in spe deficiamus: sed sperata consequamur. b ſ nondū venit res.
deus meus in ādiutorium spēi
a ſ hoc sine omnis dubitatio curat. nā nō negligit deus sed oportuno tēpore retribuit.
meę. Et rēddet illis iniquitatem n
a ſ nō scdm q de eis nobis prestat: sed scdm q intenderunt. b ſ a suo regno separabit vbi incōphensibilis miseria.
ipsoꝝ: ⁊ in mālicia eorum dispēr o
ſ iniquā. ſ qui poterit.
det eos: disperdet illos domin⁹ p
deus noster.

pluries fuerint puniti in deserto: tā fuit ibi duplex notabilis punitio: vna p adoratione vituli: alia p rebellione cōi: qua populus voluit in egyptū reuerti. scda ponit ibi: Nūqu id. Circa primū sciendū q prima punitio facta ē de pcepto moysi Exo. xxxij. vbi dixit: Si quis est dñi iungat mihi. et postea subdit: Ponat vir gladiū sup femur suū: ⁊ occidat vnusquisqꝫ fratrē ⁊ amicū ⁊ pximū suū ⁊c. ⁊ subdit: Et ceciderūt in die illa quasi. xxiij. milia: ⁊ h est qd dicit hic moyses loquēs in psona ppria de pterito p modū psentis vel futuri: qd frequēter fit in pphetis dicēs: Quis cōsurget mihi aduersus malignātes. i. aduersus incitātes multitudinē ppli ad fabricationē vituli: fuerūt eni ibi aliqui incitātes illos: ⁊ isti fuerūt pessimi. a Aut qs stabit mecū aduersus operantes iniquitatē. i. aduersus sequētes pdictoꝝ instigationē. b Nisi qr dominus adiu. me. i. nisi mihi afuisset dei auxiliū speciale c Paulomin⁹ habi. in inferno aīa mea. i. vita mea. ⁊ accipit hic infern⁹ p fossa vel sepultura. ⁊ est sensus: fuissem mortu⁹ ⁊ sepulture tradit⁹. vnde lr̄a hebraica sic habet: Habitasset i taciturnitate anima mea: qr p mortē aufert loquela. aarō eni timore mortis q sibi immīebat a pp'lo fecit vitulū: ⁊ libēti⁹ populus moysen interfecisset qn cōtriuit vitulū in puluerē Exo. xxxij. nisi fuisset repssus diuina virtute timorem ei incutiente. vn̄ subdit: d Si dicebā mot⁹ est pes me⁹. i. ex quo disposui discedere d mōte synai ad pceptū dñi dicentis mihi Exo. xxxij. Vade descende peccauit pplus tu⁹ quā eduxisti de terra egypti.
e Misericordia tua dñe adiu. me. i. ex tūc fui certificat⁹ q p tuā misericordiā me ptegeres a populi furore. iō subdit: f Scdm magnitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo. i. quos sustinui ppter peccata populi i adoratione vituli: ppter qd dolore ⁊ iracūdia mot⁹ moyses piecit tabulas ⁊ fregit eas ad radices montis Exo. xxxij. g Cōsolationes tue leti. aīaꝫ meā. qn post multā pcū instantiā dñs pces moysi acceptauit ⁊ nouas tabulas testamēti sibi dedit Exo. xxxiiij.
h Nunqd adheret tibi sedes iniquitatis. Hic ponit scda punitio notabilis hebreoꝝ: ex qua ostendit q diuina puidentia se extendit ad regimē actuū humanoꝝ: ⁊ ista punitio fuit qn pplus territus verbis exploratorū voluit reuerti in egyptū Nu. xiiij. reputans q nō posset implere dei pceptū de trāsitu ad terrā pmissiōis ppter multitudinē ⁊ magnitudinē populoꝝ ibidē habitātiū: ⁊ ppter hāc rebellionē exploratores q populū terruerāt pcussi fuerūt morte repētina a dño. ⁊ snīa mortis diffinita fuit a dño sup oēs q numerati fuerant in exitu de egypto a. xx. annis et s. ita q mortui sunt in deserto oēs: preter iosue ⁊ caleb filiū iephone. vt ibidē habet. ⁊ ex ista punitione ⁊ pcedenti debuerūt filij isrl' ab errore supradicto reuocari. ⁊ h est qd dr: Nūquid adheret tibi sedes iniqtatis. i. habitatio in malo. i Qui fingis do. in pcepto. i. falso dicis te pceptū dñi nō posse adimplere de ingressu terre ab eo q pmisse. Et qr ex sua obstinatione in malo voluerūt moysen et aaron iosue ⁊ caleb lapidibus obruere. Nu. xiiij. iō subdit: k Captabunt. i. captiuauerūt. l In aīam iu. i. iustoꝝ volentes eos interficere: sed qr defensati fuerunt protectione diuina: sm q ibidē dicit: Cumqꝫ clamaret omnis multitudo et lapidibus vellet eos obruere vel opprimere apparuit gloria dñi ⁊c. ideo subdit:
m Et fact⁹ est mihi dñs in refugiū. i. mihi ⁊ alijs tribus mecū existētibus. n Et reddet illis iniquitatē ipsoꝝ. qr exploratores qui terruerant populū statim pcussi fuerūt morte repētina. o Et in malicia eorum dispdet eos. qr alij eis acquiescētes vagabūdi fuerūt p desertū quousqꝫ pstrata sunt ibi cadauera eorum: vt ibidem habet et iō subdit: p Dispdet illos dñs deus noster: cuius puidētia ad oīa se extēdit qtūcūqꝫ minima. XCIII

Moraliter.

Deus vltionū. Psalmum istum fecit moyses ad reprobandū errorē q tūc currebat. s. q dei puidentia ad actus humanos se non extendit: qd est valde pniciosum: quia tollit meritū et demeritū penā futurā et premium: ⁊ sic sensus litteralis est simpliciter moralis.

In ps. xciij. Deus vltionū. vbi dicit in postilla. Et iō quātū mihi videt.

Additio.

Error iste circa diuinam puidentiam non solum tempore Moysi vel Job cucurrit: sed etiā in alijs varijs et diuersis ⁊ quasi in omnibus temporibus occurrit: presertim in his qui fide carent qui non solum diuinam prouidentiam negant: sed etiam ipsum deum asserunt non esse. iuxta illud: Dixit insipiens in corde suo: non est deus: tempo-

R 5 re etiam

Universidad de ... Biblioteca

re etiā pphetarū qui longe post moysen fuerūt in ipso populo israelitico hic error manifeste viguit. legit enī Ezechiel. viij. d israelitis idola colentib'. Dixerunt: dñs nō videt nos: dereliquit dñs terrā: in quo expresse negabāt puidentiā diuinā circa ista inferiora. vnde nō oportet ps. istū appropriare illis q fuerunt tēpore moysi superfluum etiā videt moysi ad reuocandum hunc errorem aliquē ps. ordinare cum in tota lege mosaica hoc docet duplici modo. Primo historialiter: vt patet d primis parentibus a deo punitis pter trāsgressionē pcepti. Gen. iij. similit et de Cain a deo punito pter fratricidiū. Gen. iiij. similiter de generatione diluuij a deo destinata pter peccata. Gen. vj. Itē d sodomitis diuina iusticia subuersis. Gen. xix. et sic de alijs qpluribus in pentateucho contentis. Ex qbus ostendit q deus per suam puidentiā iustissimā punit reprobos: et pmiat bonos. Scdo patet hoc ex lege mosaica ex pceptis diuinis q in ea dant: que oia fundant i timore et amore diuino et in penis et pmijs a deo pmissis seu cōminatis hominibus fm diuinā puidētiā: vt pz cuilibet intuenti. nō ergo videt hic ps. ex hoc moysi appropriari sicut nec egyptijs. Sed melius videtur dicendū fm glo. cui etiā cōcordant pcipui expositores hebreorum. s. q iste ps. loquit generaliter contra omnes malefactores postponētes diuinū timorem ex incredulitate diuine puidentie siue sint de populo israelitico siue d alijs nationibus. De manasse enī rege iuda de quo legit. iiij. Reg. xxj. q impleuit hierlm sanguine innocentū ab ore vsqz ad os: ppter possunt verificari q dicunt in hoc ps. s. Viduam et aduenā interfecerūt et pupillos occiderūt: q aūt hoc fecisset ex incredulitate diuine puidentie patet. ij. Paral. xxxiij. vbi de ipso manasse post eius penitentiā legit. Cognouit manasses quoniā domin' ipse est deus: ex quo patet q ante hoc nō cognoscebat dominum esse deū: nec p cōsequens puideri humano generi: et sic de multis alijs tam paganis qz infidelibus seu hereticis: et etiā falsis christianis cōtingit sepe in multis et in diuersis partibus et non tantū in vno tempore seu i vna generatione vel regione determinata: et ideo dicit: ps. Vsqzquo peccatores domine: vsqzquo gloriabunt. quod exponens. Ra. abenhaçra dicit et bene q p iterationem li vsqzquo intelligit assiduitas huius peccati et eius frequentia in multis et varijs temporibus: ad quā sententiam facile adaptatur littera: put cōtinetur i postilla specialitate mutata ad generalitatem. Et notandum q licet in hoc ps. nullus ponatur titulus in hebreo nec in trāslatione Hiero. tñ verū est q iste ps. inter hebreos legit in qualibet quarta feria. ratio aūt quare quarte ferie appropriet: habet in glo. vide ibi:

¶ In eodem psal. xciij. vbi dicit in postilla. Quoadusqz iusticia sez diuina.

¶ Additio. ij.

Hebraica littera in hoc loco nō habet illud relatiuū qui: sed sic et iuxta illaz omnes qui recto sunt corde. et intelligit plane nō admiratiue sed sic. Quoadusqz iusticia: id est diuina. Conuertat ad iudicium sez in executione extremi iudicij. Ex quo adusqz iuxta illā. s. iusticiā. Sunt oēs qui recto sunt corde. vnde li et cū dicit. Et iuxta illā. iterū repetit li quoadusqz: sicut sepe in scripturis contingit etc.

¶ Replica.

Circa ps. Deus vltionū. diuersificant: qz postil. applicat peccata et eorū penas correspondentes ad speciales populos et ad specialia tempora. Burgē. autem et glo. magistralis generaliter applicant ad omnia tempora etc. que applicatio videtur moralis: qz sic in tota sacra scriptura specialia vitia repbenduntur: et punita describūtur: quatinus talis punitio cunctis sit morale exemplum: ne ad similia vicia defluant: et similem punitionem incurrant. Nec est incōueniens moysen vel quēcūqz certis scripturis generaliter aliquid facere et per decantationem carminis vel ps. ad specialia applicare: et p ea soluunt obiectiones Burgē. in posito.

¶ Glo. ordi.

¶ a ¶ Laus. Cas. Deuotionē. Cantus hilaritatem significat. XCIIII

b ¶ Venite exultem'. Cas. De tempore gratie quo intrat in regnum: ppheta laudes dei describens: primo inuitat iudeos quos puidebat posse resistere christo.

c ¶ Faciē. Aug'. Cas. Conspectum vētur: in dictis: ne quid tunc in nobis sit discutiendū. d ¶ In confessione. Augusti. illū laudātes: nos accusantes: que sunt vota distincta: de quib' ali-
ß. 65. bi. Reddā tibi vota mea que distinxerūt labia mea. distinguit ergo qui deum laudat et se accusat. Gemina enim cōfessio est. s. laudis et peccati. et confessio peccati ad laudē ptinet ignoscētis: de qua laude psalmus agit. (Per arch. de pben. c. dudū li. 6.)

e ¶ In psalmis. Augu. Que dicimus in ps. vl facim': sentiam' i iubilatiōe.

f ¶ Sup oēs deos. Aug. vel mag' de-
¶ os hoies

¶ ista. ¶ deuotionis et hilaritatis. ¶ sic. ¶ id est christo.

a ¶ Laus cantici ipsi dauid.

a ¶ qui lōge eīs p dissimilitudinē. b ¶ mente.

b Venitē exultē- XCIIII a

a ¶ nō a seculo. b ¶ voce. ¶ Q. gaudiū enī sit q verbis dici nō possit qd tā intus cōceptū vox extra testatur.

m' dñino: iubilem' deo saluta b c

¶ iesu. ¶ qr venturus est. ¶ ne inimicus accusando preueniat.

c ri nostro. Preoccupem' faciē ei' e f

d e in cōfessione: et i psalmis iubile-

a ¶ Aug'. hec sunt q ptinent ad laudē cātici huius. ¶ summa potestate.

m' ei. Quōniā deus magn' dñs g

a ¶ gētes.

f et rex magnus super oēs deōs. h

¶ Nico. de lyra

flãma ignis. Et addidit aa/ x
ron gloriã: ⁊ dedit illi heredi y
tatē: ⁊ primitias frugũ terrę z a
diuisit illi. Panē ipsius i pri/ b c
mis parauit in satietatem: d
nã et sacrificia dñi edēt: q̃ de e
dit illi ⁊ semini ei⁹. Ceterũ in f
ter gētes nõ hereditabit: et g
pars nõ ē illi i gente. Ipse ei
a est pars ei⁹ ⁊ hereditas† Phi h
nees fili⁹ eleaçari terti⁹ i glo/ i
ria imitãdo eum i timore dñi k l
⁊ stare i reuerētia gēt̃: i boni m n
tate ⁊ alacritate aię sue placu o p
a ſ sempiternũ sacerdotiũ.
it deo isrl̃. Ideo statuit illi tē q
a ſ sacerdotum.
stamētũ pacis ⁊ p̄ricipē sãctõ r
rũ ⁊ gēt̃ sue: vt sit illi et semi s
ni eius sacerdotij dignitas i
b eternũ. Et testamētũ dauid t
regi filio iesse de tribu iuda:
hereditas ipsi ⁊ semini eius v
vt daret sapiētiã i cor nostrũ x
iudicare gentē suã i iusticia: y
ne abolerentur bona ipsorũ: z a
⁊ gloriam ipsorum in gentez b
eorum eternam fecit. c

Ca. XLVI

c F Ortis in bello iesus d
naue successor moy e
si in prophetis: qui f g
fuit magnus scdm nomen su
um: maximus in salutem ele
ctorum dei: expugnare insur

a Et vnxit illũ oleo sancto: vt habet diffuse. Leui.viij. b Factũ est illi in testamentũ eternũ. exponat vt supra. c Et habere laudē.i.officiũ laudandi deũ. ꝓut competit psone cōmuni. d Et glorificari populũ suũ in noie suo.i.dei. Summus em̃ sacerdos in noie dñi tetragrãmaton benedicebat populum. e Ipsum elegit ab omni viuente offerre sacrificiũ deo. tanq̃ pontifex summ⁹. alij nanq̃ sacerdotes bene offerebãt aliqua sacrificia. f Incensum ⁊ bonũ odorē in memoriã. fidei et deuotionis abrae et alioꝝ patrũ. g Placare.i.ad placandũ deũ. h Pro populo suo. peccatore. i Et dedit illi in p̄ceptis suis potestatem. discernēdi inter sanctũ et ꝓphanũ. lepram ⁊ nõ leprã. k In testamentis iudicioꝝ. nã que alijs iudicibus dubia videbãt: referebant ad sũmũ sacerdotē vt eius sententia inuiolabiliter teneret: Deut.xvij. l Docere iacob.i.populũ isrl̃ denominatũ a iacob qui alio noie vocat isrl̃. m Testimonia. Licet aũt oia p̄cepta dei dicant testimonia. in quantũ eoꝝ veritas est miraculis testificata: tñ illa etiam quibus addit p̄miũ vel pena: sicut d̾ Deut.xxviij. Si audieris vocē dñi dei tui: faciet te excelsiorē cũctis gētib⁹. dicũt ꝓprie testimonia: q̃ sunt quedã ꝓtestationes diuine iusticie premiantis bonos: ⁊ malos punientis. n Et in lege sua lucē dare isrl̃. dubia declarãdo: vt dictũ est. o Quia cõtra illũ steterũt alieni. a genere sacerdotali.s. chore ⁊ ei⁹ cõgregatio. Nu.xvj. p In iracundiã.s.dei ꝓuocatã. iõ subdit: q Uidit dñs. rebellionem eoꝝ oculo sue iusticie. r Et cõsumpti sunt. absorbuit eni eos terra ⁊ descēderũt viui in infernũ. iõ subdit: s Fecit illis mõstra. pcutiendo eos insolita plaga. t Et consumpsit illos: qui fauerunt chore et eius sequacibus. v In flamma ignis. sicut ibidē subdit: q̃ aaron cucurrit ad multitudinē quã iam vastabat incendiũ. x Et addidit. Hic cõsequēter agit de ipius aaron ꝓuisione. Nã tribus leuitica hereditatē sicut alie tribus nõ habuit: ꝓpter qd̃ deus aliter de victu sacerdotib⁹ ⁊ leuitis ꝓuidit. dicit igit: Et addidit aaron gloriã. in virge sue floritiõe ad cõfirmationē sacerdotij p se et suo semine. Nu.xvij. y Et dedit illi hereditatē. ⁊ que sit illa subdit: z Et. pro id est: a Primitias frugũ terre diuisit illi. q̃ debebant sacerdotib⁹. decime vero leuitis: b Panem ipsius: id ē victũ: c In primis.i. primitijs: d Parauit in satietatem.i. in cõuenientem refectionē. e Nam ⁊ sacrificia domini edent.s. sacrificia pro peccatis: et etiã sacrificia pacifica. quoꝝ pars cedebat in vsum sacerdotũ. holocausta vero incendebant totaliter ad honorem diuinũ. f Ceterũ inter gentes. gens sacerdotũ ⁊ leuitarum. g Non hereditabit. ⁊ subdit ratio: Ipse.s. deus. est etem̃ pars ei⁹ ⁊c. h Phinees. Hic cõsequēter ponit laus phinees nepotis aaron. cũ dicit: i Terti⁹ in gloria. est.s. in honore pontificali. k Imitãdo eũ.s. eleaçarũ patrē suũ. l In timore dñi. eius p̄cepta custodiēdo. m Et stare. in officio pontificis. n In reuerentia gentis. erat em̃ in magna populi reuerentia: eo q̃ liberauerat populũ a dñi plaga: Nume.xxv. o In bonitate et alacritate aie sue. qua seruiuit deo letanter ⁊ deuote. p Placuit deo isrl̃. ex feruenti zelo quē habuit ad ipsum: Nume.xxv. Phinees filius eleaçari auertit irã meã a filijs israel: q̃ zelo meo cõmot⁹ est ⁊c. q Ideo statuit illi testamētũ pacis id est dignitatē sacerdotij pacifice possidendã sibi ⁊ filijs suis. r Et principē sanctoꝝ.i. sacerdotum qui dicebant sancti: eo q̃ erant diuinis obsequijs deputati. nã etiam res inanimate q̃ deputate sunt diuino cultui: vt calix et huiusmodi dicũt sancte. s Et gentis sue.s. iudaice cui in spiritualib⁹ presidebat. t Et testamentũ dauid regi.i. ordinationē ei⁹ de ampliatione diuini cult⁹: vt habet.j. Paral̃.xxiij. quã ordinationem posuit sub regimine summi põtificis. v Ut daret. ipse phinees p se ⁊ suos successores: x Sapientiã in cor nostrũ.i. doctrinã leg̃ et ꝓphetarũ. y Judicare gentē suã in iusticia.i. ad iudicandum populũ iudaicũ iuste. z Ne abolerent bona ipsorum. p fortitudinē maioꝝ iniuste minores deprimētiũ. a Et gloriã ipsorum.i. dignitatem sacerdotij in se et filijs suis. b In gentem eorum: id est in populo iudaico. c Eternã fecit.i. diu pmanere: sicut mõtes dicunt eterni Ps. lxxv. Illuminãs tu mirabiliter a montib⁹ eternis ⁊c.

Capitulũ: XLVI

F Ortis in bello. Hic ponit laus patrũ post terre ꝓmissionis ingressũ. ⁊ primo tpe iudicũ. sc̄do tempore regũ ca. sequēti. Circa primũ incipit a iosue qui filios israel in terram promissionis introduxit d. Fortis in bello iesus naue. nam xxxj. reges debellauit. Josue.xij. e Successor moysi ad regimen populi. f In prophetis.i. de numero prophetarum. habuit enim prophetie spiritum. g Qui fuit magnus ſm nomen suum: id est ſm proprietatem sui nominis: quod interpretatur salus

Nu.16.a D Ibi.25.a A

Universidad de ... Biblioteca

✠ men:in nullis ante genera/
tionib⁹ nominatū est. Hoc
nomē in exodo primū inue/
Exo.17.c nit̄. vbi dr: Uenit amalech
⁊ expugnabat israel:⁊ dix/
it moyses ad iesū i raphai:
Elige tibi viros potentes
ex omnib⁹ filijs israel:egre/
dere et confige cū amalech
crastino:ipse est q̄ post mor/
tem moysi suscipit imperiū
⁊ ducit exercitū. Et confli/
git contra amalech. Et qd̄
ibi figurabatur affigit cru/
ci sue triūphans principat⁹
⁊ potestates in semetipso.
a Quis ante illū sic ⁊c̄.
Jos.10.c Quō in occursu iosue impe
B ditus est sol:⁊ vnus dies fa
ctus est quasi duo:ostendit
liber ipsi⁹:⁊ quomodo mi/
sit domin⁹ super amorreos
lapides magnos de celo: et
mortui sunt multo plures
lapidibus grādinis q̄ gla/
dio. Lapides aūt grādinis
durā dei significant vltionē
vel cōminationē: q̄ contra
improbos proferunt̄. Hoc
modo iesus cum ducib⁹ et
virtutibus suis adest eis q̄
p nomine suo cōtrarijs vir
tutibus oppugnant̄: Nec
solū auxilium prestat i bel/
lo:sed lucē pducit et discu/
tit aduentum noctis. Dies
autē pducit̄ et differt̄ occa
sus nec sol occidit sed semp
orit̄:dum credentiū cordi/
bus sol iusticie lumen veri/
tatis infundit. Cū vero re/
pletus fuerit credentiū nu/
merus:⁊ deterior etas vlti
me generationis aduenerit
⁊ crescente iniquitate refri/
gescet charitas : breuiabūt̄
dies:extendit enī dies in tē
pore salutis et breuiabunt̄
in tēpore pditionis.
Num.13.d b A peccatis. Desperati/
onis quādo exploratorum
rumoribus auditis despe/
rauerunt intrare terram.
c Et iudices. Post iosue
successerunt iudices qui po
C pulum dei ab hostibus de/
fendebant:⁊ post christi pas
sionem apostoli rectores ec
clesie dei.
d Ut sit memoria. Quia i
recta fide perseuerauerunt
vt memoria eorū perpetua
benedictione firmaretur.
e Ossa. Robur bonorum
operum eterna mercede do
natur vt memoria nois eos
ad posteros cū gloria trans
ferat̄. Sapientiam enī eorū
narrant populi.
†26.q.5.c. nec mirum in ✠.Quō. f Dilectus a deo ⁊c̄. Nar
rat historia q̄ dominus sa/
mueli infanti cū dormiret
1.Re.3.a in templo apparuit et de fu
Ibi.10.a turis instruxit. Hic imperi/
um renouauit cū regē sup
Ibi.16.c israel primum saulem:⁊ po
stea vnxit dauid et debella
uit hostes populi dei et ho/
✠ locaustū

gētes hostes:vt cōsequeret̄ he a
reditatē israel. Quā adeptus b
est gloriā extollēdo manus su/ c
as:⁊ iactando cōtra ciuitates d
a rhōpheas:† Quis ante illum e
sic restitit: Nā hostes ipē dn̄s p f
cussit. Aut nō in iracūdia eius g
impedit⁹ est sol:⁊ vna dies fa/ h
cta est quasi duo. Inuocauit i
altissimū potentē in oppugnā
do inimicos vndiq̄:⁊ audiuit
illū magnus ⁊ sanctus deus:
in saxis grādinis virtutis val k
de fortis. Impetū fecit contra
gentē hostilem:⁊ in descensu p
didit cōtrarios : vt cognoscāt
gentes potentiā eius:q̄ cōtra
deū pugnare nō est facile: ⁊ se/
cutus est a tergo potētes† Et i l
dieb⁹ moysi misericordiam fe/ m
a ✠ iosue.
cit ipse: ⁊ caleb filius iephone n
a ✠ corporalem vel spiritualem.
stare cōtra hostēm: ⁊ phibere o p
a ✠ iudaicam.
b gentē a peccatis: ⁊ pfringere q
a ✠ populi. b ✠ confortādo increpādo.
murmur malicie. Et ipi duo cō r
a ✠ quo filij israel pstrati sunt in deserto.
stituti:a periculo liberati sunt: s t
a ✠ qui exierunt de egypto.
a numero sexcentorū miliū pe
ditū inducere illos in heredita v
tē in terrā q̄ manat lac ⁊ mel. x
† Et dedit dominus ipsi caleb y
a ✠ corporis et anime cōtra hostes.
fortitudinē: ⁊ vsq̄ in senectu/ z
a ✠ sicut in libro Josue dicitur.
tem pmansit illi virtus:vt ascē a
a ✠ munitionē hereticorum vel ad litterā.
deret in excelsum terre locū: ⁊
a ✠ filij vel imitatoris. b ✠ ad litterā vel homines ab hereticis seductos.
semē ipsius obtinuit heredita
a ✠ videntes deum.
tem. Et viderunt oēs filij isrā/
el:q̄ bonū est obsequi sancto
c deo. Et iudices singuli suo no b
mine:quorū non est corruptū c
cor:qui non auersi sunt a dn̄o: d
d vt sit memoria illorū in bene/ e
e dictione. Et ossa eorū pullulāt f
de loco suo:⁊ nomē eorū pma/ g
net in eternū:pmanēte ad fili/ h
os illorū sanctorū virorū glo/
f ria† Dilect⁹ a dn̄o deo suo samu i
el ppheta domini: renouauit k
imperiū : ⁊ vnxit principes in l
gente sua. In lege domini iu/
dicauit congregationē:⁊ vidit m
deū iacob:⁊ in fide sua pbat⁹ n o

tatur salus siue saluator: pp̄ter qd̄ exponēs dictū
suū subdit: Maximus in salutē electorū dei ⁊c̄.
a Ut cōsequeret̄ hereditatē isrl̄:habitatores cha/
naā debellando. b Quā gloriā adeptus est in
tollēdo.i.extollendo. c Manus suas. leuādo
clypeū cōtra regē hay. Josue.viij. d Et iactādo
cōtra ciuitates rhōpheas.i.sagittas acutas.
e Quis ante illū sic restitit.s.q̄ ab eo se defende/ †Jos.10.e
re potuerit.q.d.nullus.⁊ subdit̄ ratio: f Nam
hostes ipse dn̄s pcussit.cui nullus resistere potest.
g Aut nō in iracūdia eius.s.dei ptra hostes isrl̄.
h Impedit⁹ est sol ⁊c̄.a cursu suo p spatiū vnius
diei:vt habet̄ Josue.x. i Inuocauit altissimū po
tentē.in cui⁹ cōfidentia pugnabat: ⁊ audiuit illū.
k In saxis grādinis ⁊c̄.⁊ in descē.pdi.cōtrarios
Josue.x.cūq̄ fugerent filios isrl̄ et essent in descen
su bethoron:dn̄s misit sup eos magnos lapides d
celo.⁊ cetera que patēt. l Et in diebus. Hic po/
nit̄ laus iosue ⁊ caleb simul. cū dicit̄: Et in dieb⁹
moysi:qui misit exploratores de cadesbarne. Nu/
meri.xiij. m Misericordiā fecit ipse. Josue.
n Et caleb.⁊ que sit illa misericordia. subdit̄:
o Stare cōtra hostem.i.stādo cōtra alios explo
ratores populū deterrentes.⁊ isti econtrario popu
lum confortabant ei constantiā ingerendo. Nume
ri.xiiij. p Et prohibere gentem. iudaicam. †Nu.14.c
q A peccatis.rebellionis cōtra deū dicētes: No/
lite rebelles esse cōtra dominū neq̄ timeatis popu
lum terre hui⁹:q̄ sicut panē ita possum⁹ eos deuo
rare. r Et ipsi duo cōstituti.i.stabiles ⁊ firmi.
s A periculo.mortis: t Liberati sunt.nā om/
nes alij qui in egressu de egypto numerati fuerant
a viginti annis et supra mortui fuerunt in deserto.
quorum numerus fuit sexcēta milia.tamen excipiū
tur inde leuite. v Inducere illos in hereditatē:
id est ad inducendū filios israel in hereditatem si/
bi promissam fuerunt isti duo reseruati. x Que
manat lac et mel.nā abūdat in pascuis aīaliū ⁊ ar
borib⁹ in quibus apes mellificāt abundanter.
y Et dedit. Hic ponit̄ laus caleb p se.cum dicit̄:
Et dedit dn̄s ipi caleb fortitudinē. corporis ⁊ ani
mi cōtra hostes. z Et vsq̄ in senectutē permāsit
illi virtus. Unde dixit Josue.xiiij. Hodie octogin
taquinq̄ annorū sum sic valens ⁊c̄.⁊ subdit̄: For/
titudo in me vsq̄ hodie pseuerat:tam ad bellādū
q̄ ad gradiendū. a Ut ascenderet in excelsum
terre locū ⁊c̄.ideo subdit̄ ibidē: Da mihi montem
istū.⁊ cetera que patent. b Et iudices. Hic po/
nit̄ laus iudicū ⁊ primo pluriū in generali:cū dici/
tur:⁊ iudices singuli suo nomine. scilicet othoniel
aioth:sangar:⁊ sic de alijs. c Quorū nō ē cor/
ruptū cor.p auariciā ⁊ infidelitatē. d Qui non
auersi sūt a dn̄o.p idolatriā. e Ut sit memoria
illorū in benedictione. pp̄ter bona que fecerūt gen
ti sue.sicut dicit̄ Judicū.ij. Suscitauitq̄ dn̄s iudi/
ces q̄ liberarēt eos a deuastantiū manib⁹.
f Et ossa eorum pullulant de loco suo.erant enim
sepulta in celebri loco ad memoriam bone fame.iō
subdit̄: g Et nomen eorū pmanet in eternū.et
nō solū p celebrem sepulturā:sed etiā per successo/
rū bonitatē qui fuerūt imitatores virtutum pater/
narū.ideo subdit̄: h Permanēte.ad filios eo
rū sanctorū virorū gloria:que nō cōsistit in diuitijs
sed in operibus virtuosis. i Dilectus a domi/
no. Hic consequēter ponitur laus samuelis qui fu
it vltimus iudex d. Dilectus a domino deo suo sa/
muel ppheta domini.j.Reg.iij. Cognouit vniuer
sus isrl̄ a dan vsq̄ bersabee.q̄ fidelis Samuel p/
pheta eēt dn̄i. k Renouauit im.d mādato dn̄i
trāsferēs regnū de tribu beniamin ad tribū iuda
j.Reg.xvj. l Et vnxit principes in gente sua.s.
saulē.j.Reg.x.et dauid.xvj. m Uidit deū ia/
cob.i.cognouit in reuelatione pphetica.audiuit eū
eū loquētē sibi.j.Reg.in pluribus locis. ideo hic
accipitur vidit pro audiuit:sicut Exo.xx. Cūctus
autē populus videbat voces ⁊c̄.
n Et in fide sua: id est in fidelitate sua.
o Probatus est ppheta.q̄ verba sua fuerunt im
pleta,

✠ locaustū dn̄o ob/
1.Re.7.b tulit:⁊ cū offerret
philistei inierunt
bellū cōtra israel:
⁊ intonās de⁹ fra
gore magno exter
ruit eos:⁊ cesi sūt
Ibi.12.a a filijs isrl̄. Hic p
oīa fidelis inuen/
tus est ⁊ ab omni
auaricia alienus
dormiuit in pace:
Ibi.28.b ⁊ post mortē appa
rens sauli casum
futurum pdixit.
Mystice aūt p/
phetarū locutio p
oīa verax ⁊ fidel̄
inuenit̄:q̄ regnū
xpi futurū pdixit
⁊ oleo spūsancti
illū esse vngendū.
Ipsa ei post cōple
tionē veteris te/
stamēti quā signi/
ficat mors pphe
Luc.16.d te. Lex ei et pphe
te vsq̄ ad ioban/
Ro.10.a nē: Et finis leg̃ ē
christus. Tēpore
gratie cū legit̄:p/
nunciat malis re/
ctorib⁹ penā futu
rā ⁊ mortē ppetu/
am. Ca.XLVII
a P Ost h̄ sur/
rexit. Ad
litterā fa/
cta dauid comme
morat:de q̄bus li
ber Regū ⁊ Pa/
ralyp. plenissime
narrant.
b Et q̄si adeps.
Significat eū gra
tia spūsancti re/
pletū ⁊ a carnaliū
consortio vita et
morib⁹ separatū.
c Cū leonibus
lu. R. Dauid si/
gnificat xpm q̄ le/
onē.i. diabolū: et
vrsum.i.antichri/
stū cōtriuit: ⁊ gi/
gantē.i. sathanā
infunda ⁊ lapide
spūali strauit. scz
sensu scripturarū
⁊ scientia legis: ⁊
populū dei ab ho
stib⁹.i. malignis
spiritib⁹ libauit:
cui ab hostiū cede
reūtēti mulieres:
id est sancte aīe de
cantēt ⁊ decē mi/
liū victorē pdicāt:
q̄ oēs hostes tam
spirituales q̄ cor
porales pfecte su/
perauit. Dauid q̄
q̄ noster oleo le/
ticie p pticipib⁹su
is in regem vnct⁹
omnes hostes ec/
clesie cōtriuit. Ec
clesiasticū quoq̄
✠ ministeriū

est ppheta. Et cognit⁹ est in
vbis suis fidelis:q̄ vidit deū
lucis. Et inuocauit dn̄m oīpo a
tentē in oppugnando hostes
circūstātes vndiq̄:i oblatiōe b
viri inuiolati† Et intonuit d̄ ce/ c
lo dn̄s ⁊ i sonitu magno audi/
tā fecit vocē suā: ⁊ cōtriuit pn
cipes tyriorū ⁊ oēs duces phi
listijm.† Et ante tēpus finis vi d
te sue ⁊ seculi testimoniū pbu/ e
it in cōspectu dn̄i ⁊ xpi. Pecu/ f
nias ⁊ vsq̄ ad calciamēta ab
oī carne nō accepit: ⁊ nō accu/
sauit illū hō† Et post h̄ dormi/ g
uit ⁊ notū fecit regi: ⁊ ostēdit h
illi finē vite sue: ⁊ exaltauit vo i
cē eius de terra in pphetia de
lere impietatē gentis.
a † Ost hec Ca.XLVII k
a ✠ qui dauid de adulterio beth sabee ⁊ nece vrie corripuit.
P surrexit nāthā pphe/
b ta in diebus dauid. Et quasi l m
adeps separat⁹ a carne: sic da
c uid a filijs isrl̄. Cū leonib⁹ lu/ n
sit q̄si cū agnis: ⁊ i vrsis simili
ter fecit sicut i agnis ouiū† In o
iuuētute sua nūq̄d nō occidit
gigantē ⁊ abstulit opprobriū p
de gente: In tollēdo manū i
saxo fūde deiecit exultationē
golie:vbi inuocauit deū oīpo
tentē: ⁊ dedit i dextera ei⁹ tol q
lere hoiem fortē i bello et exal
tare cornu gētis sue.† Sic i de r
cē milib⁹ glorificauit eū ⁊ lau s
dauit eū i bn̄dictiōib⁹ dn̄i i of t
ferēdo illi coronam glie. Con/ v
triuit enim inimicos vndiq̄:
⁊ extirpauit philistijm contra
rios vsq̄ in hodiernum diem.
Contriuit cornu ipsorū vsq̄ i x
eternum. In omni opere de/ y
dit cōfessionē sancto:et excel/
so i vbo glie. De oī corde suo z
laudauit dn̄m: ⁊ dilexit deū q̄
fecit illū: ⁊ dedit illi ptra ini/
micos potentiā. Et stare fecit a
cātores cōtra altare: ⁊ in sono b
eorū dulces fecit modos. Et c
dedit i celebrationib⁹ dec⁹: ⁊ d
ornauit tpa vsq̄ ad cōsumma
tionē vite: vt laudarent no/
men sanctum dn̄i: ⁊ amplifica e
rēt mane dei sctitatē.† Christ⁹ f

pleta. a Et inuocauit dn̄m oīpotentem in oppugnādo ho/
stes.j.Reg.vij. b In oblatione viri inuiolati.i. in oblati
one sua.dicit̄ enī ibidē: Tulit aūt agnū lactentē vnū ⁊ obtu/
lit illū holocaustū integrū dn̄o.dicit̄ aūt hic samuel vir inuio/ D
latus.q̄ p auariciā vel aliud vitiū a rectitudine iusticie non
discessit. c Et intonuit de celo dominus: ⁊ in sonitu ma.⁊c̄.
j.Reg.vij. d Et ante tempus finis vite sue ⁊ seculi: id est
reuelationis annorum suorum: †1.Re.7.e
e Testimoniū pbuit in cōspectu dn̄i ⁊ christi.i.saulis i regem
vncti.j.Reg.xij.dicens: Loquimini de me corā dn̄o ⁊ coram
christo eius.vtrū bouē cuiusq̄ tulerim ⁊c̄. ⁊ subdit̄ ibidem:
Et dixerunt: Nō es calūniatus nos ⁊c̄.ideo subdit̄:
f Pecunias ⁊ vsq̄ ad calciamēta ⁊c̄.i.vsq̄ ad rem minimā.
g Et post hoc dormiuit.j.Reg.xxv. Mortuus est aūt samu/ †Ibi.12.a
el ⁊c̄. h Et notū fecit regi.s.sauli cui dixit mortē suam immi
nere in crastino.d.j.Reg.xxviij. Cras aūt tu et filij tui eritis
mecum ⁊c̄. i Et exaltauit vocem eius de terra in pphetia.
apparuit enim quasi surgēs de terra ad denunciandum sauli
mortē suā et populi. Sequit̄ eīn ibi: Sed et castra israel tradet
dominus in manus philistijm.ideo subdit̄: Delere impietatē
gentis ⁊c̄. Ca. XLVII †Ibi.15.a †Ibi.28.b
k P Ost hec surrexit. Hic cōsequenter ponit̄ laus patrum
tpe regū:qd̄ pprie incipit a dauid in quo regnum fuit
stabilitū: ⁊ diuidit̄ in tres ptes.nā primo ponit̄ laus
patrū trāsmigrationē babylonis precedentiū.scd̄o tēpore trās
migrationis existentiū ca.xlix.ibi: Preter dauid.tertio trans/
migrationē sequentium.ibi: Quomodo amplificem⁹ zoroba/ A
bel. Prima in tres q̄ primo de regibus aliquibus loquit̄. se/ †2.Re.12.a
cūdo de pphetis aliquibus.sequēti ca.tertio ad loquendum
de regib⁹ reuertit̄.ibi: Ezechias. Prima in tres q̄ primo po/
nit̄ dauid cōmendatio.scd̄o salomōis laus ⁊ vituperatio.ibi:
Post ipsum.tertio roboam fatuitas et hieroboā enormis p/
uaricatio ibi: Et finē habuit. vt virtutes bonorū magis elu/
cescant iuxta vitia malorū. Circa primū dicit̄: Post hec surre
xit nathan ppheta.ad dandū populo virtutis exempla.
l In diebus dauid. vt ptz.ij.li. Regū.in plurib⁹ locis.⁊ sub
ditur de dauid: m Quasi adeps separatus a carne:sic da
uid a filijs israel. in sacrificijs enim deo oblatis pro peccato: †1.Re.17.f
⁊ sacrificijs pacificorū que nō totaliter cremabāt:adeps sepa
ratim ad honorem dei cremebat̄. de ceteris carnib⁹ vna pars
erat sacerdotum: ⁊ alia offerentiū in hostijs pacificis. In sacri
ficijs aūt pro peccato totū erat sacerdotū: excepto eo qd̄ erat
incensum.per hoc aūt intelligit̄ q̄ licet totus populus israel
seruiret deo:dauid tamē multo deuotius alijs. n Cū leo/
nibus lusit quasi cum agnis ⁊c̄.id ē ita faciliter eos interfecit
sicut agnos.j.Reg.xvij. Ueniebat leo vel vrsus et tollebat
arietē de medio gregis ⁊ psequebar eos ⁊ pcutiebā ⁊c̄.
o In iuuētute sua nūq̄d nō occidit gigantē ⁊c̄.s. Goliath.vt
patet.j.Reg.xvij. p Et abstulit opprobriū de gente sua.nā †Ibi.13.b
goliath exprobrabat eis eo q̄ nullus audebat cū eo pugnare
ad certamē singulare. q Et dedit in dextera eius tollere ho
minē.s.de vita psenti p mortē. r Sic in decē milibus glori/
ficauit eū.i.laudari fecit.j.Reg.xviij. Percussit saul mille et
dauid decē milia ⁊c̄. Et q̄ ipse solus p decē milib⁹ cōputabat̄
ij.Reg.xviij. s Et laudauit eū in benedictionib⁹ dn̄i.i.lau
dabilem eū fecit ex bonis que sibi tribuit. t In offerēdo
illi coronā glorie.i.cōferēdo sibi dignitatem regni pre ceteris
fratribus suis maioribus. v Contriuit enī inimicos vndi/
q̄ vt patet.ij.Reg.v.et.viij. x Contriuit cornu ipsorum.i. B
superbiam eorū et potestatē deiecit. y In omni opere de/
dit cōfessionem sancto.i.deo qui est sanctussanctorum.
z In verbo glorie.i.gloriam de omnibus bonis sibi attri/
buendo.cetera patent vsq̄.ibi. a Et stare fecit cantores cō
tra altare.s.holocaustorū:vbi canebant laudes diuinas quā/
do offerebatur ibi sacrificium. b Et in sono eorum dul/
ces fecit modos:q̄ fecit psalmos quos canebant cantores in
musicis instrumētis. c Et dedit in celebrationibus decus:
q̄ diuinū cultum augmentauit in sacerdotibus:leuitis ⁊ can
toribus.ij.Paral.xxv.
d Et ornauit tempora:id est solenitates que fiebant diuersis
anni temporibus. e Et amplificarent mane dei sanctita/
tem.laudibus et hymnis.
f Christus purgauit peccata ipsius.sic habent libri correcti:
licet enim christus sm humanitatem post dauid fuerit: tamen
sm diuinitatē est eternus: Heb.xiij. Jesus christus heri ⁊ ho/
die ipse et in secula. Unde et auctor huius libri.c.xxiiij.tracta
uit de incarnatione sapientie increate: vt ibi dictum fuit: ⁊ sic †2.Re.12.d
loquitur hic Christus q̄ est sapientia increata.

Universidad de … Biblioteca

ministeriū in domo dei: q̄ est ecclesia ordinat: ꝛ officia singulorū ad laudādū deū dispēsat: vt in oī loco dñationis ei⁹ oīs creatura bñdicat dñm. Bene aūt dicitur ꝙ xp̄s purgat peccata dauid ꝛ exaltat in eternū cornu ei⁹: q2 in alio nemo potest saluari. In ei⁹ noīe penitentia p̄dicaṫ ꝛ remissio peccatorū ī oēs gen-
Philip.2.a tes. Ipsū aūt ꝓpter obedientiā crucis de⁹ exaltauit: ꝛ dedit illi nomē qđ est sup omne nomē.

a ¶ Post ipsum surrexit filius sen-
Mystice. satus. ¶ Mystice. Salomon qui interp̄tatur pacificus xp̄m significat
Ps.71. de quo diciṫ: Orieṫ in dieb⁹ ei⁹ iusticia et abūdantia pacis: multiplicabiṫ eius imperiū ꝛ pa. nō e. fi. ꝛc̄. Qui tēplū dei edificauit. i. ecclesiā de viuis lapidibus cōstructā: vbi laus ei⁹ et glīa p̄manet in eternū: ꝛ dedit illi de⁹ diuitias gētiū: quia potestatē celi ꝛ terre cōtulit: ꝛ magnificauit eū sup reges terre ꝛ sup oēs sanctos exaltat⁹ est xp̄s: qm̄ nullus equabiṫ dño in filijs dei: et vniuersa terra desiderat videre vultū regis nostri. i. ecclesia catholica.
Ps.26. Vn̄: Tibi dixit: cor meū exquisiuit te fa. m. f. t. d. re. Huic oēs munera
Ibi.71. offerunt. Unde: Adorabit eū. o. r. o. g. ser. ei. Bona vero salomonis bonos qui sunt in ecclesia signāt: mala autē malos. Sic in vna area bonos significāt grana: malos vero palea.

3.Re.12.c b ¶ Ut faceres imperiū bipartitū. Quia decē tribus secute sunt hieroboā ꝛ due roboā: de ephraim fuit hieroboā qui prius in decē tribubus crudeliter regnauit.

Allego. c ¶ Et reliquit post ꝛc̄. Mystice roboā qui interp̄taṫ latitudo populi significat malos ecclīe p̄latos: qui ingrediunṫ latā ꝛ spatiosam viā q̄ ducit ad mortē: p quā multi ambulant. Angustā vero q̄ paucorū est ꝛ ducit ad vitā ingredi detrectant. Relictoqꝫ sanctorū patrū consilio: iuuenū desideria ꝛ adulationes se-
Eccl̄s.10.c quunṫ. Unde: Ue terre cui⁹ rex puer est: et principes mane comedūt.
Hieroboā vero significat hereticos: q̄ catholice fidei vnitatē heresib⁹ scindūt: ꝛ subditos suos cultui demonū tradunt. Interp̄tatur aūt hieroboā diiudicās populum. He-
D retici enim populum diiudicare videntur cū errorem suum sequi faci-
3.Re.11.f unt. Unde Abias missus ad hieroboā ait: Tolle tibi decē scissuras: Hec dicit dominus deus israel: Ecce ego scindam regnum salomonis ꝛ decē dabo tibi tribus. Porro vna tribus remanebit ei propter seruum meum dauid ꝛc̄. quia hieroboam legis precepta violando corrupit: et vna tribus cum sobole Dauid remansit: dum sanctorum sors iuxta apostolicam doctrinam in regula catholice fidei p
Eph.4.a mãsit: Quia vnus deus: vna fides vnum baptisma.
3.Re.12.d d ¶ Auertit gentem consilio suo. Credens scꝫ consilio iuuenum et dicens: Pater meus cecidit vos flagellis: et ego cedam vos scorpionibus.

¶ Ca. XLVIII

purgauit pctā ipsius: ꝛ exaltauit ī eternū cornu ei⁹. Et dedit illi testamētū regni ꝛ sedē glīe ī isrl̄. Post ipm surrexit fili⁹ sensatus: ꝛ ꝓpter illū deiecit oēm potentiā inimicoꝝ† Salomon im-
a ſ quia fuit pax in dieb⁹ eius.
perauit in dieb⁹ pacis: cui subiecit de⁹ oēs hostes vt cōderet
a ſ tēplū. b ſ vtensilia templi.
domū ī noīe suo: ꝛ pararet sanctitatē ī sempiternū queadmo-
a ſ a deo a quo postulauit sapientiam.
dū erudit⁹ est in iuuentute sua.
a ſ flumē dei re. est aquis.
Et iplet⁹ est quasi flumē sapien-
a ſ natura rerū terrenarum. b ſ salomon
tia: ꝛ terrā retexit aīa sua. Et re-
a ſ id est multa disposuisti enigmata.
plesti in cōparationib⁹ enigmata-
a ſ per sapientiam et fortitudinem.
ta ad insulas: longe diuulgatū est nomē tuū: ꝛ dilectus es ī pa-
a ſ in canticis canticorū. b ſ in parabolis.
ce tua. In cantilenis ꝛ in puerbijs ꝛ cōparationib⁹ ꝛ interp̄tationibus mirate sunt terre: ꝛ in noīe dñi dei cui est cognomen
a ſ q2 multiplicauit ei deus aurū et argentū.
de⁹ isrl̄. Collegisti q̄si aurichalcū auꝝ: ꝛ vt plūbū cōplesti ar-
a ſ in senectute.
gentū: ꝛ inclinasti femora tua
a ſ nō fuit timor dei ante oculos eius.
mulierib⁹. Potestatē habuisti
a ſ infamiam.
in corpore tuo. Dedisti maculā
a ſ quā prius habuisti. b ſ filios.
in glīa tua: ꝛ pphanasti semen
a ſ dei.
tuū inducere iracūdiā ad liberos tuos: ꝛ ī ceteris stulticiā tuam: vt faceres imperiū bipartitū ꝛ ex ephrem iperare iperium
a ſ nō obliuisceṫ misereri de⁹ nec cōri. i. s. mi. s.
durū. De⁹ aūt non derelinquet
a ſ que ꝓmisit iacob et dauid.
misc̄diam suā ꝛ nō corrūpet nec delebit opa sua: neqꝫ pdet a stir-
a ſ iacob vel dauid.
pe nepotes electi sui: ꝛ semē ei⁹ q̄ diligit dñm nō corrūpet. De-
a ſ reliquā scꝫ partem que non secuta est hieroboam.
dit aūt reliquū iacob ꝛ dauid
a ſ vite.
de ipsa stirpe. Et finēm habuit salomon cū patribus suis.†Et dereliquit post se de semine suo
a ſ stultum filium.
gētis stulticiā: ꝛ iminutū a pru-
ſ a se.
dentia roboā qui auertit gen-

a ¶ Purgauit peccata ipsius. s. adulterij. ꝓditionis. ꝛ homicidij in facto vrie.
b ¶ Et exaltauit ī eternū cornu ei⁹. i. potestatē ꝛ dignitatē regni qđ maxime verificatū est in xp̄o cui⁹ regni nō erit finis: Luce. j. ꝛ qui factus est ex semine dd̄ s̄m carnē: ad Ro. j.
c ¶ Post ipm. Hic cōsequiṫ de salomone. cuius primo poniṫ cōmendatio cū diciṫ: Post ipm surrexit fili⁹ sensatus. iij. Reg. iij. Dedi tibi cor sapiens ꝛ intelligēs intantū vt null⁹ ante te similis tibi fuerit ꝛc̄. d ¶ Et ꝓpter illū. s. dauid: e ¶ Deiecit. dñs f ¶ Omnem potētiā inimicorū. populi israel. g ¶ Salomon imperauit in dieb⁹ pacis. vt edificaret tēplū dñi: ad qđ requirebaṫ pax populi ꝓpter magnitudinē expensarū ꝛ multitudinem operariorū: vt pꝫ. iij. Reg. et. ij. Paral. † 3.Re.4.
h ¶ Queadmodū erudit⁹ est in iuuētute sua. a dauid patre suo q̄ dedit sibi exemplar ꝛ descriptionē oīm fiendorū in templo: vt habeṫ j. Paral. xxviij. i ¶ Et implet⁹ est quasi flumen sapiētia. ex infusione diuina.
k ¶ Et terrā retexit aīa sua. disserendo de animalibus ꝛ iumentis gressibilib⁹ in terra: et disputando de lignis a cedro q̄ est in libano vsqꝫ ad isopū que egrediṫ de pariete. vt habeṫ. iij. Reg. iiij. l ¶ Et replesti. mutat modū loquēdi de tertia psona ad secundā.
m ¶ In cōparationib⁹ enigmata. dilucidādo ea regine saba: q̄ venit in noīe dñi tēptare eū in enigmatib⁹. iij. Reg. x. Cetera patēt vsqꝫ ibi: n ¶ Mirate sūt terre. i. habitatores terre de his q̄ fecisti et dixisti. o ¶ Et ī noīe domini. s. dei mirate sunt: sciētes ꝙ oīa tibi data a deo ꝓcesserūt. p ¶ Cui est cognomē deus isrl̄. cognomē enī alicui⁹ determinat nomē principale: sic est ī ꝓposito. Est enī deus oīm p creationē: sed cognominabaṫ de⁹ isrl̄ p specialē cultū. q ¶ Collegisti. Hic cōsequēter poniṫ ei⁹ vituperatio. cū diciṫ: Collegisti quasi aurichalcū aurū ꝛc̄. lꝫ ei hoc fecerit ex magna īdustria: tñ fuit auaricie nota ꝛ maxime q2 grauabat pplm̄: hoc nō obstante ꝙ aurū in multa haberet copia sicut dixerūt filio ei⁹. iij. Reg. xij. Pater tu⁹ durissimū iugum nobis imposuit ꝛc̄. r ¶ Et inclinasti femora tua mulierib⁹. iij. Reg. xj. Rex aūt salomon adamauit mulieres alienigenas multas. et sequiṫ ibidē: Et auerterunt mulieres cor ei⁹
s ¶ Potestatē habuisti in corpore tuo. i. ad implendū corporis tui voluptatē.
t ¶ Dedisti maculā. infamie. v ¶ In gloria tua. quā habuisti ante ex magnitudine sapiētie ꝛ virtutis tue. x ¶ Et pphanasti semen tuū. i. filiū tuū abominabilē ꝛ odibilem fecisti demerendo. y ¶ Et in ceteris. de populo israel. z ¶ Stulticiam tuam. induxisti per effectum. a ¶ Ut faceres imperiū bipertitum. nam ꝓpter eius peccata regnū eius fuit diuisū in regnū israel ꝛ iuda. iij. Reg. xij.
b ¶ Et ex ephrem imperare. Fuit ei hieroboam prim⁹ rex israel de tribu ephraim: vt habeṫ. iij. Reg. xj. c ¶ Imperium durū. nam ad colendū vitulos aureos induxit populū iij. Reg. xij. Sed quia ꝓpter merita dauid remanserunt filio salomonis due trib⁹. Sequitur: d ¶ Deus aūt nō derelinquet misericordiam suam erga dauid ꝓgeniem. ideo sequitur: e ¶ Necqꝫ perdet a stirpe. regia
f ¶ Nepotes electi sui. s. dauid quē elegit ad regimen. j. Reg. xvj. Cetera patent ex dictis.
g ¶ Et finem habuit. Hic poniṫ roboā ꝛ hieroboā vituperatio cū diciṫ: Et finem habuit salomon. iij. Reg. xj. h Et dereliquit post se de semine suo gentis stulticiam: id est roboam filium eius stultum. †3.Re.12.c
i ¶ Qui auer. gētē ꝯsi. suo. reliquēs eī ꝯsiliū senū ꝛ adherēs ꝯsilio iuuenū q̄ secū nutriti fuerūt

¶ Ca. XLVIII
E T surrexit helias Quasi ignis ꝛc̄.
4.Re.1.b a Quia q̄nquagenarios ab ocjia rege missos celesti igne cōbussit. b ¶ Qui in-
Mystice. duxit. ¶ Mystice. Fames triū annorū: verbi dei: et fidei trinitatl̄ inediā figu-
3.Re.17.b rauit. Qꝛ filiū matrisfamilias (expādēs se trib⁹ vicibus sup puerꝫ) suscitauit: xp̄m significat: q̄ p fidē scte trinitatl̄ gen⁹ humanū suscitauit a morte pcti. Duo q̄nquagenarij ad eū ducēdū missi: cū militib⁹ suis sūt cōbusti: tertius remanet incolumis. Quinq̄genari⁹ enī: cōfessio ē pnie quo declaraṫ remissio pctoꝝ. Iudei nolētes xp̄m deum eē pfectū: nec principē pnie dicunt
Job.8.c ad eū: Q̄inq̄ginta ānos nondū habes ꝛ abraā vidisti? Ideo diuini ignis ī cēdio extinguunṫ. Terti⁹ vero q2 ꝯuersus ad fidem trinitatis pnie sacramēta cognouit: īdulgētiā me-
3.Re.19.c ruit. Iussu dei reges vnxit: ꝛ ꝓphetā heliseū ī vltionē inimicorū: dicēte sibi dño. Quicūqꝫ fugerit gladiū açabel occidet eū iehu: ꝛ q̄cūqꝫ fugerit gladiū iehu: occidet eū heliseus ꝛc̄. Nō ꝙ helise⁹ homicida fuerit vel tyrān⁹: sed diuina vltio vnicuiqꝫ reddet s̄m opa sua. Aliq̄n p reges: aliq̄n p ꝓphetas: alios mucrone: alios trāsuerberat gladio lingue.
Osee.6.b Vn̄: Dolaui eos ī ꝓphet̄: occidi eos v̄bo oris mei. Helias subleuat⁹ ī celū as-
4.Re.2.b cēsionē dñi significat. Nō tādū aūt ꝙ helias ī curru ascēdit. hō enī pur⁹ adiutorio egebat alieno. i. angelico q̄ nec ad celū aereū p se ascēdere poterat: quē nature īfirmitas grauabat. Christ⁹ aūt nō curru neqꝫ ab angel̄ leuaṫ: q̄ enī fecerat oīa sup oīa sua vir-
Gen.5.d tute ferebaṫ. Enoch trāslat⁹ vsqꝫ ad celū aereū: helias subleuat⁹: q2 ascēsionis sue p̄nuncios ꝛ testes voluit dñs habere: vnū ante legē: ꝛ aliū sub lege: vt q̄ñqꝫ veniret q̄ celos veraciter penetraret. Vn̄: et ordo p quedā incremēta distinguiṫ. Enoch trāslatus: helias ad celū subuectus: vt postea veniret q̄ nec trāslat⁹ nec subuect⁹ celū ethereū sua v̄tute penetraret.
Luc.6.f c ¶ Helias qui in. Cū nō sit discipul⁹ sup magistrū: heliseus rogat heliā: di-
4.Re.2.b cēs: Fiat spūs tu⁹ duplex in me: sed nisi mysterium
¶ obseruaṫ

a ſ reliquit: subaudis.
tē ꝯsilio suo† ꝛ hieroboā filiū
a ſ in cultura aureorū vitulorū quos fecit populo adorari.
nabath q̄ peccare fecit isrl̄: ꝛ
a ſ decē trib⁹ ephraim de poster̄ regib⁹.
dedit viā peccādi ephraim: ꝛ plīma redūdauerunt pctā
a ſ ne irent in hierusalē: vel vt ducerenṫ captiui in assyrios.
ipsoꝝ. Ualde ei auertērūt illos
a ſ vt iueniret nouas nequicias.
a terra sua. Et quesiuit oēs
a ſ ī aduētu xp̄i: ipse ei cōuersos ad se defendit et liberat ab oibus peccatis.
nequicias vsqꝫ dū pueniret ad illos defensio: ꝛ ab oib⁹ peccatis liberauit eos.

E † T sur Ca. XLVIII rexit helias ꝓpheta q̄si ignis: ꝛ verbū ipsius q̄si facula ardebat.
a ſ q2 clausit celū trib⁹ annis: ꝛ sex mensibus vt nō plueret sup terrā.
Qui induxit in illos famē:
a ſ sacerdotes baal.
ꝛ imitantes illū inuidia sua pauci facti sunt. Nō enī poterant sustinere p̄cepta dñi. Uerbo dñi cōtinuit celū: et deiecit a se ignē t̄re. Sic amplificat⁹ helias ī mirabilib⁹ suis. Et q̄s pōt sīlr gl̄iari ti-
a ſ suscitasti.
bi: q̄ sustulisti mortuū ab inferis d̄ sorte mortis ī verbo dñi dei: q̄ deiecisti reges ad pniciē: ꝛ ꝯfregisti facile po-
a ſ quia regi egrotanti p̄dixit ꝙ de lecto suo nō surgeret sanus.
tētiā ipsoꝝ: ꝛ gl̄iosos d̄ lecto suo. Qui audis ī syna iudi-
a ſ vbi. s. cū deo locut⁹ ē ꝛ vidit visiones in monte oreb.
ciū: ꝛ ī oreb iudicia defensio-
a ſ azahel sup syriā ꝛ iehu sup israel.
nis† Qui vngis reges ad pe-
a ſ heliseum. s.
nitētiā: ꝛ ꝓphetas facis suc-
a ſ in celum. s.
cessores post te† Qui recept⁹ es ī turbie ignis ī curru eq̄ꝝ
a ſ q̄ vētur⁹ es aū diē iudiciū s̄m malachiā ꝓphetā: vt ꝯuertat corda patrū ad filios.
igneoꝝ. Qui īscript⁹ es ī iudicijs tēpoꝝ lenire iracūdiā dñi: cōciliare cor patris ad filiū: ꝛ restituere trib⁹ iacob. Beati sūt q̄ te viderūt: ꝛ in amicitia tua decorati sunt. Nam nos vita viuimus tm̄: post mortē aūt non erit tale
a ſ hic est. s. b ſ ne videretur ab hominibus.
nr̄m nomē. Helias q̄ ī turbi-

fuerunt: r̄ndit populo fatue ꝛ dure. d. Pater me⁹ cecidit vos flagellis: ego aūt cedā vos scorpionib⁹: ꝓpt qđ recesserūt ab eo decē trib⁹. iij. Reg. xij. a ¶ Et hieroboam filiū nabath q̄ pec. fe. isrl̄. p idolatriā. vt dictū est. †3.Re.12.c
b ¶ Et dedit viā pe. ephraim. i. suis successorib⁹ eo ꝙ idolatriā introduxit prim⁹. c ¶ Et plu. redū. pe. ipoꝝ. abyssus enī abyssū inuocat. iō ex idolatria declinauerunt ad vitia multa et enormia. d ¶ Ualde ei auerterunt illos a terra sua. i. ista peccata enormia fecerūt eos captiuari lōge a terra sua. iiij. Reg. xvij. e ¶ Et q̄siuit oēs nequicias. trib⁹ ephraim ad instictū hieroboā. f ¶ Usqꝫ dū perue. ad illos defensio. i. licētia cyri regis psarū vt possent redire libere ī iudeā: q̄ licētia fuit publicata: nō solū ī babylonia: s̄ etiā in regno psarū et medorū ī q̄b⁹ regnabat cyrus. j. Esdre. j. Et ī illis terris erāt multi de regno isrl̄ captiuati. sicut pꝫ de Tobia q̄ fuit captiu⁹ in niniue: et Gabelus ī rages ciuitate medoꝝ. vt hr̄ Tobie. j.
g ¶ Et ab oib⁹ peccatis. i. a captiuitate eis inducta p suis pctis. h ¶ Liberauit eos ipe cyrus quantū fuit in se: tñ pauci de decē tribub⁹ redierūt: q2 plures satis remāserūt detēti amore vxorū quas ibi acceperāt ꝛ ꝓlis quā genuerāt ꝛ possessionū q̄s acq̄sierāt: ꝓpter qđ dicūt hebrei: ꝙ illi de decē tribub⁹ nō redierūt de captiuitate: q2 qđ modicū est quasi nihil reputaṫ. vt hr̄. ij. phisicoꝝ. † A 3.Re.17.b
i

E T surrexit helias. Hic ꝯñr inter ¶ Ca. XLVIII seriṫ laus quorūdā ꝓphetaꝝ. ꝛ primo helie. scd̄o helisei. ibi: Helias q̄ ꝛc̄. Circa p̄mū d2: Et surrexit helias ꝓpheta quasi ignis. i. ardēs çelo dei. vñ dixit: iij. Reg. xix. Zelo çelat⁹ sū ꝓ dño exercituū ꝛc̄.
k ¶ Et verbū ipius q̄si facula ardebat. accendēdo auditores ad amorē diuinū. l ¶ Qui iduxit ī illos famē. i. ī regnū. iij. Reg. xvij. m ¶ Et imitantes illū inuidia sua pauci facti sūt. s. sacerdotes baal q̄ querebant p ignē exaudiri ī cōsūptione sui holocausti: sicut helias. iij. Reg. xviij. ꝛ q2 nō potuerūt: a ppl̄o interfecti fuerūt.
n ¶ Nō ei poterāt sustinere p̄cepta dñi. i. ei⁹ resistere volūtati q̄ mortē eoꝝ p̄cepit p heliā. o ¶ Uerbo dñi cōtinuit celū. trib⁹ annis ꝛ sex mensib⁹ a rore ꝛ pluuia. Iacobi. v. p ¶ Et deiecit a se ignē terre. i. orōnis sue virtute fecit ignē ad terrā de celo descēdere sup holocaustum suū. iij. Reg. xviij. et. iiij. Reg. j. sup duos q̄nquagenarios principes. q ¶ Sic amplificat⁹ est helias. i. declarat⁹ laude dign⁹. r ¶ In mirabilib⁹ suis. i. ī miraculis ad p̄ces ei⁹ factis. iō subdiṫ: s ¶ Et q̄s pōt sīlr gl̄iari tibi. q. d. valde pauci. t ¶ Qui sustulisti mortuū ab inferis. s. filiū vidue sareptane quē suscitauit a morte. v ¶ Qui deiecisti reges ad pniciē. s. achab: cui dixit. iij. Reg. xxj. In loco hoc ī quo linxerūt canes sanguinē naboth: lambēt q̄ꝫ sanguinē tuū. Et ochoçiam: cui dixit. iiij. Reg. j. Quia misisti nūcios ad cōsulendū beelçebub deū acharon: iō de lectulo sup quē ascēdisti nō descendes s̄ morte morieris. x ¶ Et gloriosos de lecto suo. i. duos q̄nquagenarios principes missos ad eū ab ochoçia iacēte ī lecto suo sup quos fecit ignē descēdere. vt diciṫ ibidem.
y ¶ Qui au. ī syna. iu. i. secretū dei ꝯsiliū quo septē milia virorū reseruauerat q̄ nō coluerāt baal: helia tñ opinante se solū fidelē remāsisse. iij. Reg. xix. z ¶ Et ī oreb indicia defensionis. i. diuine vltiōis q̄b⁹ dñs p̄cepit helie iungi heliseū ī ꝓphetā ꝛ açabel ī regē syrie ꝛ iehu filiū namsi ī regē isrl̄ ad iterfectionē idolatrarū. iij. Reg. xix. † Ibi.19.c B †4.Re.2.b
a ¶ Qui vn. re. ad pe. i. ad punitionē idolatrarū. Et est repetitio ei⁹ qđ dictū est de açabele ꝛ iehu ad maiorē expressionē. b ¶ Et ꝓphetas facis successores post te. s. heliseū ꝛ ionā quē suscitauit helias. vt p̄dictū est.
c ¶ Qui recept⁹ es in paradiso terrestri. d ¶ In turbine ignis ꝛc̄. iiij. Reg. ij. e ¶ Qui inscript⁹ es in iudicijs tēporū. i. venire tēporib⁹ ante iudiciū ad detegēdū p̄fidiā antichristi: Malach. vl. Mittā vobis heliā ꝓphetā antequā veniet dies dñi magn⁹ ꝛ horribilis: vt cōuertat cor patrū ad filios ꝛc̄. f ¶ Beati sūt qui te vi. vidētes sanctā cōuersationē tuā: ꝛ tuā audiētes doctrinā.
g ¶ Et in ami. tua de. sunt. decore v̄tutū. h ¶ Nam nos vita viuim⁹ tm̄. i. ī vita p̄nti habemus famā. i ¶ Post mortē aūt nō erit tale nomē nostrū. s. q̄le tuū. q2 nec vita nostra: nec doctrina: nec facta: sunt tuis similia.
k ¶ Helias. hic poniṫ laus helisei: ꝛ ad cōtinuationē cū parte p̄cedenti p̄mittiṫ: Helias ꝛc̄.

obseruat nõ est oportuna petitio. Helias eni xpm significat caput nostrũ. Heliseus vero corpus ei⁹.i. ecclesiã. Dat helias petẽdi optionem. ⁊ xps inquit:
Luc.11.b Petite ⁊ da. vo. Pe
4.Re.2.b tit ergo heliseus.i. populus christian⁹. Fiat spũs tu. du. i me.i. grã spũssancti. duplex i remissionẽ.s. peccatorũ ⁊ collationẽ virtutũ. Christus vero remissione peccatorũ nõ eguit q̃ pctm̃ non habuit. Opa aũt virtutũ facit Si vider̃ inq̃t helias qñ tollar a te erit qđ petisti: Si ãt nõ vider̃ nõ erit. Qui eĩ recte fidei oculos i eũ ponit ⁊ fideliter credit passionẽ: resurrectionẽ: ascẽsionẽ: petitiõis sue fru
4.Re.13.d ctũ accipit. Proiect⁹ ẽ mortu⁹ i sepulchrũ belisei: ⁊ a tactu ossiũ reuixit. Qui eĩ firma fide tãgit mortẽ xpi princeps est ei⁹ resurrectio
Job.11.c nis. vñ: Ego sũ resurrectio et vita: q̃ credit i me: nõ morie. i eter.
a In heliseo. Qui orauit. d. Fiat spũs tuus duplex in me. ⁊ obtinuit. Unde in patria ⁊ virtute insupabilis fuit: q̃ i vita ⁊ i morte multa signa fecit.
b Relicta est gens. Quia dom⁹ dauid et trib⁹ iuda ⁊ beniamin nõ penit⁹ abiecerũt culturã dei: sed alij eorũ fuerũt idolatre vt iorã ⁊ achaz. alij adheserũt deo: sicut ezechias ⁊ iosias. c Ezechias
2.Pa.32.a mu. ci. Qz ezechias fõtẽ obturat: ⁊ riuũ q̃ in medio terre fluit: ne reges assyrioꝝ iueniant aquã: significat q ab hereticis ⁊ gẽtilibus diuina sint velãda my
4.Re.18.d steria. Qz sennacherib
2.Pa.32.e rex assyriorũ misit manũ validã in hierlm̃ p rapsacẽ vt euerteret eã ⁊ orãte ezechia: ⁊ esaia cũ populo suo ciuitatẽ extinctis hostib⁹ ẽe liberatã in Paral. plene ostendit.

Ca. XLIX

Memoria iosie. Memoriã iosie regis cõparat opa pigmẽtarij ⁊ mellis dulcedini ⁊ organo musice: qz fama virtutis eius ⁊ suauitas modestie et studiũ restaurandi cultum dei omnem odorẽ ⁊ dulcedinẽ et cantilenam

ne tect⁹ est: ⁊ in heliseo cõplet⁹ ẽ spũs ei⁹. In dieb⁹ suis nõ ptimuit principẽ: ⁊ potentia nemo vicit illũ: nec supauit illũ verbũ ali

a significat q mystica fuit resuscitatio mortui qui piectus in sepulchro helisei reuixit.

qđ: ⁊ mortuũ pphetauit corp⁹ ei⁹. In vita sua fecit mõstra: ⁊ in morte mirabilia opatus est. In oibus istis nõ penituit ppl's: et nõ recesserunt a pctis suis vsq;

a in captiuitatem.

dũ abiecti sunt d terra sua: ⁊ dispsi sunt i oẽm terrã: ⁊ relicta est gẽs ppauca: ⁊ princeps in domo dauid. Quidã ipsorũ fecerũt qđ placeret deo: alij aũt multa

a christus. b reintegrans murum.

cõmiserũt pctã. Ezechias muni

dissipatũ et extruẽs turres. a qz induxit

uit ciuitatẽ suã: ⁊ induxit i medi

aquã in ciuitatẽ. b de qua dicit: impetus letificat ciuitatẽ dei.

um ipius aquã: ⁊ fodit ferro rupẽ: ⁊ edificauit ad aquã puteũ.
† In dieb⁹ ipi⁹ ascẽdit sennacherib: ⁊ misit rapsacen: et sustulit manũ suã ɔtra illos: ⁊ extulit manũ suã i sion: ⁊ supb⁹ fact⁹ est potẽtia sua. Tũc cõmota sũt corda ⁊ man⁹ ipoꝝ: ⁊ doluerũt q̃si parturiẽtes mulieres. Et iuocauerũt dñm misericordẽ: ⁊ expãdentes man⁹ suas extulert ad celũ: ⁊ sãct⁹ dñs de⁹ audiuit cito vocẽ ipsorũ. Nõ ẽ cõmemorat⁹ pctõrũ ipsorũ: neq; dedit illos inimicis suis: sed purgauit illos i manu esaie pphete sãcti. † Deiecit castra assyriorũ: ⁊ cõtriuit illos angelus dñi. Nã fecit ezechias qđ

a hec in li. Regũ et Paral. et in li. Esaie plene exponuntur.

placuit deo: ⁊ fortit iuit i via patris sui dđ: quã mãdauit illi esaias ppheta magn⁹ ⁊ fidel'i ɔspe

a Ezechie. b per decẽ lineas.

ctu dei. † In dieb⁹ ipius retro re

a id est ostẽdit additã. b pphetico.

dijt sol: ⁊ addidit regi vitã. Spũ

a Esaias. i. vltima etate. futura.

magno uidit vltima: ⁊ cõsolat⁹ ẽ

a docendo scribẽdo.

lugẽtes i sion vsq; i sempiternũ.

a xpi aduẽtũ: redẽptionẽ humani generis et alia multa.

Ostẽdit futura et abscõdita anteq; eueniret. Ca. XLIX

† Memoria iosie i cõpositione odoris facta: opus pigmẽtarij. In oi ore q̃si mel indulcabit ei⁹ memoria:

a Et i heliseo cõplet⁹ est spũs ei⁹.i. donũ pphetie ⁊ miraculorũ. iiij. Reg. ij. Spũs helie requieuit sup heliseũ. b In die. suis nõ pti. pn. vñ dixit regi isrl'. iiij. Reg. iij. Uade ad pphetas patris tui ⁊ matris tue. ⁊ sequit ibidẽ: Si nõ vultũ iosaphat reg' iude erubescerẽ: nõ attendissem q̃dẽ te neq; respexissem. Pricipes etiã missos ad capiendũ eũ a rege syrie nõ timuit: sed in mediũ samarie eos duxit suis pcib⁹ acrisia pcussos. iiij. Reg. vj. c Nec supauit illũ verbũ aliqđ.s. cõminatiõis vel adulationis ipm a veritate detrahẽdo. d Et mor. pro. cor. ei⁹.i. ipm fuisse pphetã sanctũ ostẽdit. nã mortu⁹ i sepulchro eius proiectus: statim vt tetigit ossa helisei reuixit. iiij. Reg. xiij. e In vi. sua. fe. mõ.i. miracula ostensione digna: aquas iordanis diuidẽdo: ⁊ aq̃s hiericho sanãdo: Naamã leprosum curando: ⁊ filiũ sunamitis suscitãdo. ⁊ plura alia. q̃. iiij. Regũ diffuse tractant. f Et in mor. mi. opa. est. nã mortu⁹ mortuũ suscitauit vt dictũ ẽ: ⁊ moriẽs trib⁹ vicib⁹ syriã pcutiendã a rege isrl' pdixit. iiij. Reg. xiij. g In oib⁹ ⁊c. ⁊ nõ recesserũt a peccat' suis.s. idolatria ⁊ alijs malis. h Usq; dũ abiecti sũt de terra sua. p regẽ assyriorũ. iiij. Reg. xvij. i Et relicta ẽ gẽs ppauca.s. trib⁹ iuda: beniamin et leui. k Et prin. i do. da.s. ezechias in cui⁹ anno quarto decẽ trib⁹ isrl' fuerũt captiuate. l Quidã ipsorũ.s. regũ iuda. m Fecerũt qđ placeret deo.s. ezechias ⁊ iosias. n Alij aũt multa cõmiserũt peccata.s. iorã: achaz: manasses. ⁊ alij plures. o Ezechias. Hic reuertit auctor ad loquẽdũ de regib⁹. ⁊ primo de ezechia. scđo de iosia: ⁊ sequẽ. ca. Prima in duas: qz primo ponit laus ezechie p se. scđo simul cũ laude Esaie pphete. ibi: Nõ est cõmemoratus. Circa primũ dr: Ezechias muniuit. armis ⁊ victualib⁹. † p Ciuitatẽ suã.s. hierlm q̃ metropolis erat i 4.Re.18.c
regno suo. q Et indux. in me. ei⁹ aquã.s. fontẽ syloe quẽ fecit intra ciuitatẽ fluere q̃ pri⁹ extra fluebat: vt sic i ciuitate eẽt aq̃ copia: ⁊ exercitui regis assyrioꝝ penuria. r Et fodit fer. rupẽ.i. fodere fecit: vt fluxus fontis haberet canalẽ. s Et edi. ad aquã. recipiẽdã. t Puteũ.s. piscinã magnã. v In die. ip. ascẽ. sen. ad deuastãdũ iudeã. x Et misit rapsacẽ. de lachis i hierlm. iiij. Reg. xviij. ⁊ subdit: y Et sustu. ma. suã ɔ illos. ezechie ⁊ ei⁹ pplo cõminãdo. z Et extu. ma. suã i sion. cõminãdo destructionẽ regie dom⁹ ⁊ tẽpli q̃ erãt in mõte sion. a Tũc cõmota sũt cor. ipsorũ. ex magno timore. b Et inuo. do. humilr ⁊ deuote. c Et san. do. de au. ci. vocẽ ipoꝝ. qz fecit recedere de iudea regẽ assyriorũ p regẽ ethiopie inuadentẽ regnũ suũ. iiij. Reg. xix. d Nõ ẽ cõme. Hic ponit ɔñr ezechie laus simul ⁊ esaie cũ dr: Nõ ẽ cõmemorat⁹.s. dñs. e Pctõrũ ipsorũ. ad puniẽdũ ipa p regẽ assyriorũ. f Sz pur. il. i ma. esaie .i. p esaiã p ipis orãtẽ ad ezechie petitionẽ. g Deiecit ca. assy. ⁊ subdit modũ d. Et cõtriuit illos angel⁹ dñi: qz vna nocte pcussit i castris assyrioꝝ. clxxxv. milia pugnatoꝝ: pter qđ sennacherib fuit cõpulsus fugere turpiter ad terrã suã: vbi filij pprij interfecerũt eũ. iiij. Reg. xix. † Ibi.19.g Esa.38.b
h Nã fecit ezech. qđ pla. dño. purgãdo hierlm ab idolatria: ⁊ imitando sacerdotes leuitas ⁊ populũ ad diuinũ cultũ. ij. Paral. xxix. et. xxx. i Et fortiter.i. cõstãter. k Iuit in via da. pa. sui. imitãdo eũ in bonis. l Quã manda. illi esaias. cui humiliter obediuit ezechias. m In die. ipius.s. ezechie ⁊ sitr esaie. † 4.Re.20.b Esa.38.b
n Retro re. sol. decẽ gradibus i horologio achaz: p q̃ ces esaie ad postulationẽ ezechie. o Et addidit regi. ezechie esaias denũciando: sed de⁹ faciẽdo. p Uitaz. plongãdo eã. xv. annis. iiij. Reg. xx. q Spũ ma. vi. vltima.i. grẽ tpa. nã esaias de cõceptione xpi pphetauit d. Ecce virgo cõcipiet Esa. vij. Et de ei⁹ natiuitate dicẽs: Paruul⁹ nat⁹ est nobis: Esa. ix. Et de ei⁹ passione d. Ipse vulnerat⁹ ẽ pter iniq̃tates nr̃as ⁊c. Esa. liij. r Et cõsolat⁹ ẽ lu. i sion vsq; in semper. Ei⁹ eni pphetie sunt ad magnã cõsolationẽ fideliũ vsq; ad finẽ mundi. s Ostẽdit fu. ⁊ abscon. an. eueniret: vt captiuitatẽ futurã p regẽ babylonis ⁊ ei⁹ liberationem p cyrũ regem persarũ. Esa. xlv. ⁊ alia multa valde. 4.Re.23.a

Ca. XLIX

t Memoria iosie. Hic ponit laus iosie regis cum dr: Memoria iosie in cõpositione odoris facta.i. in oi bono. v In oi ore quasi mel idulcabit.i. sicut ẽ suauis ad audiendũ: ita dulcis ad referendũ.

Et vt

tilenã supat: qz cũ dauid dicere poterat: Qz dulcia fau. m. el.
Ps.118. t. sup mel o. m. Iosias q̃ interptat fortitudo dñi christũ signi
Ibi.23. ficat. de quo dr: Dñs fortis dñs potẽs in plio. Et alibi: Chri
Mat.1.d stus saluũ faciet pplm suũ a peccatis eorũ. Ipse çelo dei imũ
Ps.68. dat terrã iuda ⁊ hierlm ab oibus abominationib⁹ q̃ ait: Zel⁹ dom⁹ tue comedit me: ⁊ habet ventilabrũ in manu sua ⁊ purgat areã suã. a Preter dauid. Hi tres cõpatione alioꝝ nõ dicunt peccasse: qđ eni peccauerũt cõdigna penitẽtia deleuerũt ⁊ deuotione: ⁊ pietate deo placuerũt. b Incenderũt ele. Quidã hũc locũ in psona christi intelligũt. Hieremias eni interptat excelsus dñi q̃ destruxit regnũ diaboli: ⁊ cõtrarias potestates delens cyrographũ in cruce dñi.
Ibidẽ.2. Quare fre. gen. ⁊ populi meditati sũt ⁊c. his aũt destructis edificauit eccle
Mystice. siam dei. c Ezechiel qui. Mystice. Ezechiel qui roboratus a deo interptat: ⁊ in babylone cõuersans peccatoribus pdixit captiuitatẽ: cõuersis et penitentib⁹ veniã: christũ significat dei virtutẽ ⁊ dei sapiam: nos in captiuitate hui⁹ seculi visitasse: peccatorib⁹ penas ⁊ penitentib⁹ pdixisse remedia. d In imbri. Significat q pdicauerit sup peccatores vẽturã esse pluuiã vindicte: ⁊ p viã mãdatorũ dei gradientibus pmiserit cõsolationẽ misericordie. e Nã et ipse. qz christum signat qui est imago dei: vt quicunq; crediderit in deũ: hic quasi annulo si
Aggei.2.d gnet. Unde Agge⁹: Ponã te quasi signaculũ: qz te ele. di. do. exer. f Et iesũ filium. Quia p gratiã iesu christi qui est rex noster et sacerdos post captiuitatẽ diabolice oppressionis reedificat ecclesia.
Neemias

et vt musica in cõuiuio vini. Ipse est direct⁹ diuinit⁹ i penitẽtia

qz docuit gẽtẽ iudaicã penitere sup pctis suis.

gẽtis: ⁊ tulit abominatiões ipietatis: ⁊ gubernauit ad dñm cor ipius: ⁊ i dieb⁹ peccatoꝝ corroborauit pietatẽ. Pret dđ et ezechiã

ad comparationem horum.

